commemoracione eiusdem, oracio.

Inipotens sempiterne deus qui primicias martirum in leuite stephani sanguine deti : tribue quesumus ut pro intercessor existat qui suis eciam persecutoribus auit. dominum nostrum m christum.

ctauis sancti Iohannis et orum innocencium. omnia sicut in die.

gilia sancti Regis Eduuardi et confessoris officium, iusti.

Oracio.

Inipotens sempiterne deus qui donasti beatissimo regi ardo gloriam terrene potes-in diuinum conuertere em: tribue nobis quesumus ius inuitacione pro amore prospera mundi despicere. lla eius aduersa formidare. lominum.

Epistola. lectus deo.

Gradale, us ut palma. Alleluya. V. suisti domine.

Euuangelium. Emo lucernam.

I. WESTM.

Offertorium.

Secretum.

S Acrificii presentis oblacionem quesumus domine beati regis Eduuardi pia commendet intercessio, ut in cuius ueneracione suscipitur ipso interueniente ad gaudia eterna suscipi mereamur. Per.

Communio.

POsuisti.

Postcommunio.

Pignus perpetue salutis sumentes, clemenciam tuam omnipotens deus humiliter/imploramus ut beato [fo. 225, rege edwardo confessore tuo interueniente celestis uite premia consequi mereamur. Per dominum.

In natali sancti Eduuardi Regis et confessoris officium.

GAudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore eduuardi regis de cuius sollempnitate gaudent angeli. et collaudant filium dei. Ps. Domine in uirtute.

Oracio.

DEus qui hodierna die beatissimum regem eduuardum eternitatis gloria et honore coronasti: fac nos quesumus ita eum uenerari in terris. ut cum eo semper regnare possimus in celis. Per.

Epistola.

BEnediccio domini. Require in communi unius confessoris

BB

740

Gradale.

Sequencia.

Etetur ecclesia recolens magnalia ✓ sancti regis eduuardi. Precinctis¹ hec curia eius in memoria psallat melo concordi. Ecce presens nos inuitat qui nos regit qui nos ditat tot bonorum copia. Cuius uita nobis formam et uiuendi monstrat normam uirtutum per opera. De regali stirpe satus deo gratus ei datus est ab annis teneris. Regno pollens regum heres ad hoc uiuit ut coheres christi sit in superis. Sponsam ducit nec deflorat christum uidet et adorat in figura hominis. Dormientes septem uiri latus mutant signum diri rex prophetatominis. Hic dacorum regem mersum. et ad sua mox reuersum prospicit excercitum. Excusare dum se querit comes offe gustu perit sceleris ob meritum. Nullum uides nullum legis qui sit in persona regis ut edwardus humilis. Qui contractum non abiecit sed portando sanum fecit pauperem rex nobilis. Mirum est de baculo mirum et de anulo regi reportato. Mira sunt et alia que narrat hystoria de rege beato. Lege lata pace data uergens rex in senium. Uirgo mansit sicque transit ad celi palacium. Ergo noster aduocate rex in astris coronate audi preces supplicum. Ad te clamat hec caterua tu nos rege tu hoc serua tuum habitaculum. AmeN.

Euuangelium.

Facta est contencio. Require in serie unius apostoli.

Redo in unum.

1 sic. for precunctis.

Offertorium.

POsuisti domine.

Secretum.

SAcris altaribus assistentes nos domine quesumus spiritus sancti luce perfunde. ut quod tibi in honore beati regis edwardi deuote offerimus nobis/ ipso interueniente fiat reme-[fo. 225. b. dium salutare. Per.

Communio.

M Agna est. Require in uigilia unius apostoli.

Postcommunio.

U Italis alimonie conuiuio saginati quesumus domine deus noster: ut beati regis eduuardi confessoris tui suffragantibus meritis celestis conuiuii mereamur esse participes. Per.

Sancti wlsini episcopi et confessoris oracio.

Ommnipotens¹ sempiteme deus. qui nos hodierna sollempnitate sancti pontificis tui wlsini festiue exhillaras: da quesumus ut tanti patroni presidiis foueamur in terris. de cuius societate celestes ciues exultantin celis. Per dominum. Require secretum et postcommunionem in serie unius pontificis.

Sancti hillarii episcopi et confes soris officium.

C Tatuit.

Oracio.

DEus qui uenerabilem beat hillarii confessoris tui atqu

s festiuitatem sollempcurrentem populo tuo i: concede nobis ut quod honore deposcimus. eo ite consequi mereamur.

Epistola.

Gradale.
sacerdos. Alleluya.

7.
ni dauid.

Euuangelium. estis sal.

Offertorium.

Secretum.

las tibi domine pro festite sancti hillarii confesatque pontificis offerimus er deprecantes ut sicut uisti sacre fidei claritac nobis indulgenciam et pacem. Per.

Communio.

Postcommunio.

tum domine pignus repocionis eterne, sit nobis is interueniente beato re tuo hillario atque a uite presentis auxilium et future.

felicis in pincis. officium. ti meditabitur.

Oracio.
ede quesumus omnipodeus: ut ad meliorem

742

uitam sancti felicis confessoris tui exempla nos prouocent, quatinus cuius sollempnia celebramus eciam actus imitemur et intercessione adiuuemur. Per.

Epistola.

T Ustus cor suum.

Gradale.

I Urauit dominus. Alleluya. V. Disposui testamentum.

Euuangelium.

Ui nos audit.

Offertorium.
Loria et honore.

Secretum.

H Ostias tibi domine beati felicis dicatas meritis benignus assume. et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per.

Communio.

DOsuisti domine.

Postcommunio.

Tua sancta sumentes domine suppliciter deprecamur ut cuius celebramus sollempnitatem/ senciamus protec- [fo. 226. cionem. Per.

Sancti Mauri abbatis officium.

S iusti.

Oracio.

DEus qui hodiernam diem beati mauri confessoris tui atque abbatis sacro transitu consecrasti: concede nobis propicius: in offensis per eius instituta gressibus pergere. ut eiusdem in

B B 2

regione uiuencium mereamur gaudiis admisceri. Per.

Epistola.

Ustus cor.

Gradale.

Omine preuenisti. Alleluya. V. Iustus germinabit.

Euuangelium.

Emo lucernam.

Offertorium.

Eritas mea.

Secretum.

CUper hec sacrosancta libamina assit quesumus omnipotens pater tue benediccionis copia. et beati mauri interuenientibus meritis sint ad remedium fidelibus cunctis.

Communio.

REatus seruus.

Postcommunio.

A Ssit clementissime deus tue familie tue miseracionis propiciacio, et beati mauri confessoris tui atque abbatis intercessione hec sancta que indigni sumpsimus ad salutem esse concede. Per.

Sancti Marcelli Martiris. Officium.

STatuit.

Oracio.

PReces populi tui quesumus domine clementer exaudi et beati marcelli martiris tui atque pontificis meritis adiuuemur. cuius passione letamur. Per.

744

Epistola. BEnedicentes dominum.

Gradale.

Nueni dauid. Alleluya. V. git te dominus.

Euuangelium.

'Ircuibat ihesus.

Offertorium. Eritas mea.

Secretum.

T nostre saluti munera lata proficiant sancti n celli martiris tui atque ponti quesumus domine interce salutaris optineat. Per.

Communio.

Omine quinque.

Postcommunio.

PResta quesumus domine sacramenti tui participaci uegetati sancti quoque mar martiris tui atque pontificis cibus adiuuemur. Per.

De sancto Furseo confessor Oracio.

Eus qui beatum confesso tuum furseum tui non sanctissimi predicatorem effe deuotum: concede propicius eius interuencione preclara celestibus mereamur ascribi sanctis. Per.

Secretum.

M Uneratibi que sumus dor oblata sanctifica, et inte dente pro nobis beato furseo fessore tuo per hec omnes lerum nostrorum placatus m las absterge. Per.

Postcommunio.

mpsimus domine doni celess sacramenta uotiua. presta oni nostri interuentu fursei obis prosint et contra inimim iacula et ad uitam capesam eternam. Per./[fo. 226. b.

te Prisce uirginis et martiris. Officium.

)quebar de testimoniis.

Oracio.

A quesumus omnipotens deus ut qui beate prisce iris tue natalicia colimus, et la sollempnitate letemur, et fidei proficiamus exemplo.

Epistola.

Omine deus.

Gradale. ecie tua. Alleluya. V. Adduentur.

Euuangelium.
nile est regnum celorum.
ecem.

Offertorium.

ie regum.

Secretum.

Unera nostra quesumus domine gratanter assume r interuencionem beatissime e martiris tue, omnium a ad cultum uere religionis erte. Per.

Communio. ci iudicium. 746

Postcommunio.

A Diuuent nos quesumus domine et hec misteria sancta que sumpsimus et beate prisce martiris tue intercessio ueneranda. Per.

Sancti wlstani episcopi et confessoris officium.

STatuit ei.

Oracio.

SPiritum in nobis domine tue caritatis infunde, ut intercedente beato wlstano confessore tuo atque pontifice, tuam mereamur dulcedinem in eterna felicitate gustare. Per.

Epistola.

FCce sacerdos.

Gradale.

E Cce sacerdo. Alleluya. V. In-

Euuangelium.

CInt lumbi.

Offertorium.

T TEritas.

Secretum.

Suscipe quesumus domine simplicis familie tue munus oblatum et quod rea sperare non audet consciencia intercedente beato wistano tua nobis largiatur indulgencia. Per.

Communio.

BEatus seruus.

1 Sic.

Postcommunio.

S Alutaris tui domine misterio saciati. supplices exoramus clemenciam tuam: ut pro nobis eius non desit oracio. cuius nos donasti gubernari patrocinio. Per.

Sanctorum martirum fabiani et sebastiani officium.

Ntret in conspectu.

Oracio.

DEus qui beatos martires tuos fabianum et sebastianum uirtute constancie in passione roborasti: ex eorum nobis imitacione tribue. pro amore tuo prospera mundi despicere. et nulla eius aduersa formidare. Per.

Epistola.

CAncti per fidem.

Gradale.

C Loriosus deus. Alleluya. 🌹. Uox exultacionis.

uel Tractus.

Ui seminant.

Euuangelium.

Escendens ihesus.

Offertorium.

T Etamini in domino.

Secretum.

A Ccepta sit in conspectu tuo domine nostre deuocionis oblacio. et eorum nobis fiat supplicacio salutaris pro quorum passione defertur. Per.

748

Communio.

M Ultitudo languencium.

Postcommunio.

SAcramentorum tuorum domine benediccione saciati et beatorum martirum tuorum fabia/ ni et sebastiani gloriosa [fo. 227. confessione muniti: te suppliciter exposcimus ut per hec a cunctis uiciis emundemur. Per.

Sancte Agnetis uirginis et martiris officium.

M E expectauerunt.

Oracio.

Omnipotens sempiterne deus qui infirma mundi eligis ut forcia queque confundas: concede propicius: ut qui beate agnetis martiris tue sollempnia colimus, eius apud te patrocinia senciamus. Per.

Epistola.

COnfitebor.

Gradale.

DIffusa est. Alleluya. V.

Tractus.

OUi seminant.

Euuangelium.

 $S_{decem.}^{Imile\ est\ regnum\ celorum}$

Offertorium.

Fferentur.

Secretum.

erueniente quesumus doine beata agnete uirgine tua aartire hostiam quam tibi mus placatus suscipe et s precibus celesti conuiuio lignos potenter effice. Per.

Communio.
Jinque prudentes.

Postcommunio.

Efecti cibo potuque celesti deus noster te supplices exois ut in cuius hec ueneracione epimus eius muniamur et bus. Per.

ancti Uincencii martiris officium.

tabitur iustus.

Oracio.

Desto domine supplicacionibus nostris: ut qui ex iniquinostra reos nos esse cognosbeati uincencii martiris tui ressione liberemur. Per.

Epistola. atus uir qui in sapiencia.

Gradale, suisti domine, Alleluya,

V.
etabitur iustus.

Tractus.

Sequencia.

isto canamus diei huius pangengaudia. Martiris almi colendo acii preconia. Ortus ab yspania atis conspicue linea. Claruit la claruit et facundioris gracia. 750

Sacre fidei edocendo misteria. Quam inmania tulit uite dispendia. Rimantur ungule costarum eius intima. Discerpunt uiscera membrorum soluunt uincula. Scissa cutis fusus sanguis os elisum, caro omnis lacera. Stat fidei perorator conualescit forcior ad singula. Confundatur daciani iudicis perfidia. Debachatur efferatus inmani seuicia. Captum iubet martirem mox applicari ad incendia. Crepitanti sale consperguntur prunis usta uiscera. Ille pia leuans ad deum lumina. Prestat tormentis firma constancia. Deportaturdenuo martir ad lectorum Set mox resoluta celos illius petit anima. Laus sit tibi deus martirum tuorum uictoria. Cuius ope tanta euicerunt et tot luctamina. Aue martir predicande [fo. 227. b. nobis celi gaudia. supplicando impetra.

Euuangelium.

A Men amen dico uobis nisi

Offertorium.

DOsuisti domine.

Secretum.

H Odiernum domine sacrificium letantes offerimus quo beati uincencii celestem uictoriam recensentes et tua magnalia predicamus. et nos adquisisse gaudemus suffragia gloriosa. Per.

Communio.

OUi michi ministrat.

Postcommunio.

Quesumus omnipotens deus. ut qui celestia alimenta percepimus. intercedente beato uincencio martire tuo per hec contra omnia aduersa muniamur. Per. 75 I

752

Sancte Emerenciane uirginis officium.

Oquebar de testimoniis.

Oracio.

Eus qui sancte Emerenciane uirginis tue animam in celestibus collocasti: fac nos eius interuentu a peccatorum nostrorum nexibus solui. et ab omni semper aduersitate defendi. Per.

Epistola. Omine deus meus.

Gradale.

Ҁ Pecie tua. 🛮 Alleluya. 🤻 Diffusa

Euuangelium.

CImile est regnum celorum. い thesauro.

Offertorium.

Fferentur.

Secretum.

SAcrificium quod tue offeri-mus magestati clementissime deus placatus suscipe et per merita beate emerenciane gloriose uirginis tue presentis et future uite felicitatem nobis concede. Per.

Communio.

CImile est regnum.

Postcommunio.

Uos celesti cibo domine saciasti dyabolicis non sinas insidiis lacerari. set intercedente beata emerenciana uirgine tua in regione uiuencium semper tribuas gratulari. Per.

In conversione sancti Pauli apostoli. Officium.

Etemur omnes in domino hodiernum diem sollempniter cele brantes qua beatus paulus conuersione sua presentem mundum decorauit. V. De illustracione sancte predicacionis et de conuersione beati pauli. . Gloria patri.

Oracio.

Eus qui uniuersum mundum beati pauli apostoli tui predicacione docuisti: da nobis quesumus ut cuius hodie conuersionem colimus per eius ad te exempla gradiamur. Per.

Leccio actuum apostolorum.

I N diebus illis. Saulus adhuc spirans minarum et cedis in discipulos domini accessit ad principem sacerdotum, et peciit ab eo epistolas in damascum ad synagogas ut siquos inuenisset huius uie uiros ac mulieres uinctos perduceret iherusalem. Et cum iter faceret :/ [fo. 228. contigit ut appropinquaret dam-Et subito circumfulsit eum lux de celo: et cadens in terram audiuit uocem dicentem sibi. Saule saule: quid me persequeris? Qui dixit. Quis es domine? Et ille. Ego sum ihesus quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens ac stupens dixit. Domine: quid me uis facere. Et dominus ad eum. Surge et ingredere ciuitatem: et dicetur tibi quid te oporteat facere. Uiri autem illi qui comitabantur cum eo stabant stupefacti audientes

m uocem: neminem auuidentes. Surrexit autem
s de terra: apertisque
nichil uidebat. Ad manus
n illum trahentes: intrount damascum: et erat ibi
diebus non uidens: et non
ucauit neque bibit. Erat
n quidam discipulus danomine ananias. Et
ad illum in uisu dominus.
ia. At ille respondit. Ecce
domine. Et dominus ad

Surgens uade in uicum ocatur rectus et quere in m inde saulum nomine nsem. Ecce enim orat. dit uirum ananiam nomine untem et imponentem sibi s ut uisum recipiat. Reit autem ananias. Domine: a multis de uiro hoc a mala sanctis tuis fecerit rusalem et hic habet poem a principibus sacerdoilligandi omnes qui inuoomen tuum. Dixit autem us ad eum. Uade quouas eleccionis est michi ut nomen meum coram

ous et regibus et filiis Ego enim ostendam illi: a oporteat eum pro noneo pati: Abiit ananias et iit in domum: et imponens nus dixit. Saule frater: us misit me ihesus qui uit tibi in uia: qua ueniet uideas et implearis spiritu Et confestim cecideab oculis eius tanquam e: et uisum recepit. Et is. baptizatus est. Et cum sset cibum: confortatus Fuit autem cum discipulis rant damasci: per dies

aliquot. Et continuo ingressus in synagogas: predicabat ihesum iudeis. quoniam hic est filius dei. Stupebant autem omnes qui eum audiebant et dicebant. Nonne hic est/ qui [fo. 228. b. expugnabat in iherusalem omnes qui inuocant nomen istud. et huc ad hoc uenit ut uinctos illos duceret ad principes sacerdotum? Saulus autem multo magis conualescebat et confundebat iudeos qui habitabant damasci: affirmans: quia hic est christus.

Gradale.

Domine preuenisti. Alleluya. V. Magnus sanctus paulus uas eleccionis uere digne est glorificandus.

Tractus.

DEsiderium anime. Require in communi i. martiris.

Sequencia.

Ixit dominus ex basan conuertam conuertam in profundum maris. Quod dixit et fecit saulum ut1 strauit. paulum et statuit. Per uerbum suum incarnatum per quod fecit et seculum. Quod dum impugnat audiuit saule saule quid me persequeris. Ego sum ihesus durum est tibi ut recalcitres stimulo. facie domini mota est terra contremuit que mox et quieuit. Dum cognito credidit domino paulus persequi cessat moxque1 christianos. Hic lingua tuorum est canum ex inimicis rediens ad te deus. Dum paulus in ore omnium secretorum iura dat preceptorum. Docens crucifixum nec esse alium preter christum deum. Cum patre qui

regnat et sancto spiritu cuius testis paulus. Sic lingua sacerdotum more canis dum perlinxit legis et euuangelii duos molares in hiis contriuit. Corrosit uniuersas species medicinarum quibus curentur saucii reficiantur enutriendi. Quo docente deum. mare uidit et fugit iordanis conuersus est retrorsum. Quia turba gencium uiciorum rediens de profundo og rege basan confuso. Te solum adorat christe creatorem quem et cognoscit in terra uenisse redemptorem.

Euuangelium.

H Omo quidam erat diues qui habebat uillicum. Require in dominica ix^a post octauas pentecostes.

Offertorium.

M Ichi autem.

Secretum.

A Postoli tui pauli precibus quesumus domine plebis tue dona sanctifica. ut que tibi grata sunt tuo instituto. graciora fiant supplicantis patrocinio. Per.

Communio.

A Men dico uobis.

Postcommunio.

SAlutari refecti misterio quesumus omnipotens deus: ut qui hunc diem in beati pauli apostoli tui conuersione honorabilem haberi uoluisti nos quoque conuersos a uiciis in tua facias semper seruitute famulari. Per.

Eodem die sancti proiecti martiris. Officium.

C Tatuit ei.

756

Oracio.

BEati martiris tui proiecti nos domine quesumus interuencio gloriosa commendet: ut quod nostris actibus non meremur eius precibus assequamur. Per

Epistola.

REnedicentes dominum.

Gradale.

E Cce sacerdos./ Alle-[fo. 229. b. luya. V. Disposui testamentum.

Euuangelium.

Ircuibat ihesus.

Offertorium.

T TEritas mea.

Secretum.

Suscipe domine propicius oracionem nostram cum oblacionibus hostiarum superimpositis et beati proiecti martiris tui et episcopi deprecacione pietati tue perfice benignus acceptas. Per.

Communio.

REatus seruus.

Postcommunio.

DA quesumus domine deus noster ut sicut beati proiecti martiris tui et episcopi sollempnitate presenti gratulamur misterio. ita perpetuo letemur aspectu. Per.

In natali sancti Iuliani episcopi et confessoris. Officium.

S Tatuit ei.

1 sic.

Oracio.

Lus qui per ineffabile celestis misterii sacramentum sanciulianum confessorem tuum iperna surrogasti presta fidetuis ut qui eius laudamus tum. senciamus supplemen-Per.

Epistola.
Abemus pontificem.

Gradale.

ce sacerdos. Alleluya.

Elegit te dominus.

Euuangelium. Igilate quia nescitis.

Offertorium.

Secretum.

Ltaria tua domine quesumus donis celestibus firmentur ique iuliani pontificis merisuffragantibus hec sancta nercia sanctificentur et diinspiracione ditentur ac i spiritus innouacione ad am salutem animarum tentur. Per dominum. In te.

Communio.

Postcommunio.

ncte inmortalitatis alimonia creati quesumus domine noster: ut sancti iuliani ssoris tui atque pontificis uenientibus meritis transnur ad uitam sine fine mann patrie celestis. Per. 758

In octauis sancte Agnetis officium.

[] Ultum tuum.

Oracio.

DEus, qui nos annua beate agnetis martiris tue sollempnitate letificas: da. propicius: ut quam ueneramur officio eciam pie conuersacionis sequamur exemplo. Per.

Epistola.

Omine deus meus.

Gradale.

DIffusa est. Alleluya. V. Specie tua.

Euuangelium,
SImile est regnum celorum thesauro.

Offertorium.

Secretum.

GRata tibi sint quesumus domine munera nostra quibus sancte agnetis martiris tue magnifica sollempnitas recensetur. Per.

Communio.

SImile est.

Postcommunio.

SUmpta domine sancta misteria nos interius exteriusque conseruent et intercedente beata agnete martire tua. presentem nobis comferant clemenciam et eternam. Per dominum.

1 struck through with red line.

In natali sancte brigide uirginis officium.

Ilexisti.

Oracio./ [fo. 229. b.

CElorum atque terrarum conditor et gubernator opem¹ deus precanti populo tua succurre pietate et presta ut qui in honorem sancte brigide presentem diei huius gerimus sollempnitatem per ipsius suffragia perhenni misericordia tua pociamur. Per.

Epistola.

O^{Ui gloriatur.}

Gradale.

DIlexisti iusticiam. Alleluya. 🏿 . Specie tua.

Euuangelium.

Simile est regnum celorum. decem.

Offertorium.

Fferentur.

Secretum.

Cclesie tue quesumus domine preces et hostias beate brigide commendet oracio ut qui pro illius meritis magestatem tuam indefessam atque exorabilem humiliter imploramus eius precibus adiuti misericordiam tuam senciamus. Per.

Communio.

DIffusa.

Postcommunio.

SAlutis nostre leti libantes misteria concede nobis quesumus omnipotens deus ut per hec

1 sic, for omnipotens.

760

sancta merita beate brigide uirginis tue. mereamur habere subsidium uite presentis. et gaudia celestis paradisi possidere. Per dominum.

In purificacione beate marie. Officium.

Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. secundum nomen tuum deus ita et laus tua in fines terre iusticia plena est dextera tua. Ps. Magnus dominus.

Oracio.

Omnipotens sempiterne deus maiestatem tuam supplices exoramus: ut sicut unigenitus tuus hodierna die cum nostre carnis substancia in templo est presentatus: ita nos facias purificatis tibi mentibus presentari. Per eundem.

Leccio malachie prophete.

I Ec dicit dominus deus. Ecce ego mitto angelum meum et preparabit uiam ante faciam tuam. Et statim ueniet ad templum sanctum¹ suum dominator quem uos queritis: et angelus testamenti quem uos uultis. uenit dicit dominus excercituum. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad uidendum eum? Ipse enim quasi ignis conflans: et quasi herba Et sedebit conflans fullonum. et emundans argentum: et purgabit filios leui. Et conflabit eos quasi aurum et quasi argentum: et erunt domino offerentes sacrificia in iusticia. Et placebit domino sacrificium iuda et ieru-

1 struck out with red line.

salem: sicut dies seculi et sicut anni antiqui./ Dicit do-[fo. 230. minus: omnipotens.

Gradale.

SUscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui secundum nomen tuum domine ita et laus tua in fines terre.

V. Sicut audiuimus ita et uidimus in ciuitate dei nostri. Alleluya.

V. Adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo.

Tractus.

N Unc dimittis seruum tuum domine. secundum uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei. salutare tuum. V. Quod parasti. ante faciem omnium populorum. V. Lumen ad reuelacionem gencium et gloriam plebis tue israel.

Sequencia.

Laris uocibus inclita cane turma sacra melodimata. Uox et mens bene conscia sonent nobis neupmata concordia. Diuina robusto tetracorda plectro manus perite feriat. Resultet uirtutum lira deo nunc dragmate dulcissona. Est armonia hec diuina sonore uirtutum liquidissimum. Mixta castitas est quas¹ intra hominum coniugans² deo federa. Cuius uite consistoria sunt inmutabilia. Que mater es inuiolata uirgo que puerpera. Iccirco tua deum fuere digna ferre uiscera. Ouem non celica neque terrea cuncta claudunt spacia. Uirginum o regina te canimus maria per quam fulsere clara mundi lumina. Tu salus orbis alma. tu celi porta facta per te seculo uita omni dedita. Celicis terrea tu iungis diuinis humana. Paradisiaca per te nobis patet ianua. Adesto famu-

1 sic: quasi added in m.
2 sic: conjungens added in m.

lis piissima influal iam suspende prece pericula. Audi fidelia precamina impetratam deferens celitus ueniam. Et quiete nobis temporum inclita. Hac in uita nostra dirige opera. Post. funera uranica nos duc ad habitacula. Quo letemur omnes una tecum per cuncta secula. Exclament nunc omnigena amen redempta.

Sanctum Lucam.

N illo tempore. Postquam I impleti sunt dies purgacionis marie secundum legem moysi tulerunt ihesum in iherusalem ut sisterent eum domino. sicut scriptum est in lege domini. quia omnem masculinum adaperiens uuluam sanctum domino uocabi-Et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini par turturum aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in iherusalem cui nomen symeon. Et homo iste iustus et timoratus: expectans consolacionem israel. Et spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat a spiritu sancto. non uisurum se mortem nisi prius uideret christum domini. uenit in spiritu in templum./ Et cum inducerent [fo. 230. b. puerum ihesum parentes eius ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo: et ipse accepit eum in ulnas suas et benedixit deum et dixit. Nunc dimittis seruumtuum domine: secundum uerbum tuum in pace. uiderunt oculi mei: salutare tuum. quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelacionem gencium: et gloriam plebis tue israel.

1 sic: in tua added in m.

Offertorium.

DIffusa est gracia in labiis tuis propterea benedixit te deus ineternum et in seculum seculi.

Secretum.

PResta quesumus domine ut sicut hodierna munera ueneranda filii tui oblacione consecrantur. sic ipsius gloriose genetricis precibus sempiterni luminis nobis claritas conferatur. Per eundem.

Prefacio.

OUia per incarnati.

Communio.

Responsum accepit symeon a spiritu sancto non uisurum se mortem nisi uideret christum domini.

Postcommunio.

Perfice in nobis quesumus domine graciam tuam qui iusti symeonis expectacionem implesti: ut sicut ille mortem non uidit priusquam christum dominum uidere mereretur: ita et nos uitam optineamus eternam. Per eundem.

In natali sancti Blasii episcopi et martiris.

Officium.

CTatuit ei.

Oracio.

Mnipotens sempiterne deus qui sanctum blasium martirem tuum atque pontificem in agone certaminis tuo amore roborasti: assis ecclesie tue precibus et da ut cuius triumphum recolimus in terris. eius precibus adiuuemur in celis. Per.

764

Epistola.

REnedicentes dominum.

Gradale.

Elegit te dominus.

Euuangelium.

Ircuibat ihesus.

Offertorium.

T Eritas mea.

Secretum.

SAcrificiis quesumus domine placare oblatis: et supplicante pro nobis beato blasio martire tuo atque pontifice per hec ab omnium inimicorum nostrorum liberemur insidiis. Per.

Communio.

DOmine quinque.

Postcommunio.

SUmpta quesumus domine sacramenta ab omni nos nequiciarum labe purificent et intercedente beato blasio martire tuo atque pontifice. sua uirtute contra omnes semper dyabolicos tueantur¹ incursus. Per.

Sancte Agathe uirginis et martiris. Officium.

Audeamus omnes in dominc diem festum celebrantes sub honore agathe martiris. de cuius passione gaudent angeli et collaudant filium dei/ Ps. Inmacu-[fo. 231. latus dominus inmaculatam sibi famulam in hoc fragili corpore positam misericorditer consecrauit.

Oracio.

DEus qui inter cetera potencie tue miracula eciam in sexu fragili uictoriam martirii contulisti: concede propicius: ut qui beate agathe uirginis et martiris tue natalicia colimus. per eius ad te exempla gradiamur. Per.

Epistola.

Onfitebor.

Gradale.

A Diuuabit eam. Alleluya. V. Emulor enim.

Tractus.

OUi seminant.

Euuangelium.

Simile est regnum celorum decem.

Offertorium.

Fferentur.

Secretum.

Suscipe domine munera que in beate agathe uirginis tue et martiris tibi sollempnitate deferimus. cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per.

Communio.

Qui me dignatus est ab omni plaga curare et mamillam meam meo pectori restituere ipsum inuoco deum uiuum.

Postcommunio.

A Uxilientur nobis domine sumpta misteria et intercedente beata agatha uirgine et martire tua sempiterna nos proteccione confirment. Per.

766

Sanctorum episcoporum Uedasti et amandi. Officium.

C Acerdotes eius.

Oracio.

DEus qui nos deuota beatorum confessorum tuorum atque pontificum uedasti et amandi instancia ad agnicionem tui nominis uocare dignatus es: concede propicius. ut quorum sollempnia colimus. eorum patrocinia senciamus. Per.

Epistola.

PLures facti sunt.

Gradale.

S Acerdotes eius. Alleluya. V. Fulgebunt iusti.

Euangelium.

CInt lumbi.

Offertorium.

Kultabunt sancti.

Secretum.

H Ostias domine laudis tuis altaribus adhibemus, quas eorum tibi patrociniis commendandas suppliciter exoramus in quorum ueneracione pietati tue hec sacrificia offerimus. Per.

Communio.

F Go uos.

Postcommunio.

SUmpta munera domine quesumus ut sanctorum confessorum tuorum Uedasti et amandi precibus sanctificacionem nobis semper operentur. Per.

Sancte Scolastice uirginis.
Officium.

Ilexisti iusticiam.

Oracio.

DEus qui beate uirginis tue scolastice animam ad ostendendam innocencie uiam in columbe specie celum penetrare fecisti: da nobis quesumus eius meritis ita innocenter uiuere. ut ad eadem mereamur/ [fo. 231. b. gaudia peruenire. Per.

Epistola.

O^{Ui gloriatur.}

Gradale.

DIlexisti. Alleluya. 🔻 Addu-

Tractus.

IN columbe specie uidit beatus benedictus. W. Celsa omnipotentis ethera ire animam sancte W. scolastice mox nuncians illud fratribus deo gracias egit.

Euangelium.

Oquente ihesu.

Offertorium.

Fferentur.

Secretum.

SUscipe domine quesumus supplicancia desideria fidelium cum oblacionibus hostiarum: ut intercedente beata scolastica uirgineque te sincero dilexit amore. nec fides in nobis torpeat nec caritas tepescat. Per.

Communio.

Uicumque fecerit.

768

Postcommunio.

Pamiliam tuam quesumus domine spirituali cibo saciatam beate scolastice uirginis tue meritis propicius respice: ut ipsius precibus ariditatem cordis nostri superne gracie digneris rore perfundere. Per.

Eodem die sancte Austrebertu uirginis. Officium.

T | Ultum tuum.

Oracio.

DEus qui inuisibili rore celesti ad beate austreberte uirginis obedienciam ardentem clibanum extinxisti: presta quesumus ut eius meritis gloriosis. uiciorum incendia non dominentur in nobis. Per.

Epistola.

CApiencia uincit.

Gradale.

C Pecie tua. Alleluya. V. Diffusa.

Euangelium.

 $S_{decem.}^{Imile\ est\ regnum\ celorum}$

Offertorium.

OFferentur.

Secretum.

SAnctifica quesumus domine per beate uirginis austreberte intercessionem hanc quam tibi supplices offerimus oblacionem et ut nobis christi filii corpus et sanguis fiant. tuam desuper infunde benediccionem. Per.

Communio.

]] Iffusa.

Postcommunio.

Eus cuius sponsa sanctimonialis austreberta de orto paradysi malum punicum misit infirme sorori: da ut hec eucharistia dulcis super omnia pomorum genera pro tante uirginis honore **sanet** omnes nostros languores. Per.

Sancti Ualentini martiris. Officium.

N uirtute.

Oracio.

PResta quesumus omnipotens deus ut qui beati ualentini martiris tui natalicia colimus. a cunctis malis iminentibus eius intercessionibus liberemur. Per.

Epistola.

T Ustus si morte.

Gradale.

BEatus uir qui timet. 7. Gloria et honore. Alleluya.

Euangelium.

Ichil opertum.

Offertorium.

N uirtute tua.

Secretum.

SAcrificium domine offerimus gratum tibi beatus martir ualentinus./ suf- [fo. 232. fragator efficiat. Per.

Communio.

M Agna est.

M. WESTM.

770

Postcommunio.

Uos celesti domine substancia recreasti. beati quesumus ualentini martiris tui meritis a cunctis exime propiciatus aduersis. Per.

> In cathedra sancti petri. Officium.

STatuit.

Oracio.

Eus qui beato petro apostolo tuo collatis clauibus regni celestis animas ligandi atque soluendi pontificium tradidisti: concede propicius ut intercessionis eius auxilio a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui uiuis.

Leccio epistole veati petri apostoli.

PEtrus apostolus ihesu christi electis aduenis dispersionis ponti galacie capadocie asye et bytinie secundum prescienciam dei patris in sanctificacionem spiritus in obedienciam et aspersionem sanguinis ihesu christi. Gracia uobis et pax multiplice-Benedictus deus et pater domini nostri ihesu christi. qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem uite per resurreccionem ihesu christi ex mortuis in hereditatem incorruptibilem. et incontaminatam et inmarcessibilem conseruatam in uobis in celis qui in uirtute dei custodimini per fidem in salutem paratam reuelari in tempore nouis-

simo. In quo exultabitis modicum nunc si oportet contristari in uariis tribulacionibus. ut probaciofidei uestre multo preciosior auro quod per ignem probatur. inueniatur in laudem et gloriam et honorem in reuelacionem domini nostri ihesu christi.

Gradale.

E Xaltent eum in ecclesia populi et in cathedra seniorum laudent eum. V. Confiteantur domino misericordie eius et mirabilia eius filiis hominum.

Tractus.

TU es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. V. Et porte inferi non preualebunt aduersus eam. et tibi dabo claues regni celorum. V. Quodcumque ligaueris super terram erit ligatum et in celis. V. Et quodcumque solueris super terram erit solutum et in celis.

Sequencia.

S Enatores celestis curie congau-dete pastoris glorie die ista. Qui ut esset piscator hominum nauem liquid secutus dominum et recia. Confessio petri promeruit quod fidei petram optinuit ecclesia. Princeps gregis hic apostolici, ouilis que custos dominici celum donat. Quos uult soluit. et quos uult alligat. laurea quos uult./ glorificat et [fo. 232. b. Quo christiani nominis coronat. gloria. Ad dignitatis tendit exordia. Antiochenam fundat ecclesiam. Et quam federat fraterno sanguine. Romulus urbi collato nomine. Inulit rome crucis uictoriam. Et

quo erroris capud excreuerat. ueritatis lumine liberat. Et senatum et capitolia. Uictricis urbis uictrices aquilas. Cum sceptris Ad factoris regum uires cesareas. curuat imperia. Et que mundum ferro totum domuerat. pulsat et celos reserat. O roma insignis potestate tanta. Quam tibi ingessit lingua petri sancta. Licet regnorum habeas imperia. capud orbis et urbium domina. Minus tamen subdidit uis cesariana. Quam uirtus restituit et pax christiana. Regna petro cedunt lauinia. Templa christo patent saturnia. Sancte crucis regnat potencia. Que celi aperit fastigia. Et quem ancilla una exterruit uulgo nota. Hunc exterrere nero non potuit nec urbs tota. In hac petrus deum clarificat. Sicut christus petro significat. Qui nos inducat aperta ianua. Semper uirentis ad uite pascua. Archisenator et ierarcha.

Mattheum.

I N illo tempore : Uenit ihesus in partes cesaree philippi : et interrogabat discipulos dicens. Quam dicunt homines esse filium hominis? dixerunt. Alii Iohannem baptistam alii autem helyam. alii uero ieremiam aut unum ex Dicit illis ihesus. prophetis. Uos autem: quem me esse dicitis? Respondens symon petrus dixit. Tu es christus filius dei uiui. Respondens autem ihesus: dixit ei. Beatus es symon bariona quia caro et sanguis non reuelauit tibi: set pater meus qui in celis est. Et ego dico tibi quia tu es petrus et super hanc petram edificabe

ecclesiam meam. Et porte inferi non preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcumque ligaueris super terram: erit ligatum et in celis. Et quodcumque solueris super terram: erit solutum et in celis.

Offertorium.

Onstitues eos.

Secretum.

Ecclesie tue domine quesumus preces et munera. beati apostoli tui petri commendet oracio. ut quod pro illius gloria celebramus: nobis prosit ad ueniam. Per.

Communio.

TU es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam.

Postcommunio.

Letificet nos quesumus domine munus oblatum ut sicut in apostolo tuo petro te mirabilem predicamus: sic per illum tue su-/senciamus¹ in- [fo. 233. dulgencie largitatem. Per.

In natali sancte Milburge uirginis. Officium.

DIlexisti.

Ł ..

Oracio.

DEus qui fideles tuos gloriosa beate uirginis tue milburge festiuitate letificas: fac nos per

1 Sic.

774

ipsius merita uite utriusque gaudia promereri. Per.

Epistola.

OUi gloriatur.

Gradale.

Nlexisti.

Tractus.

OUi seminant.

Euuangelium.

Simile est regnum celorum thesauro.

Offertorium.

Fferentur.

Secretum.

UT nos et hec munera domine tua suscipiat magestas adoranda. sancte milburge intercessio exoret gloriosa. Per.

Communio.

OUinque prudentes.

Postcommunio.

PErcepta domine mense tue munera. ut sancte milburge suffragia. et eterna nobis pariant remedia. Per.

In natali sancti Mathie apostoli. Officium.

M Ichi autem.

Oracio.

DEus qui beatum mathiam apostolorum tuorum collegio sociasti: tribue quesumus. ut

C C 2

eius interuencione tue circa nos pietatis semper uiscera senciamus. Per.

Leccio actuum apostolorum.

IN diebus illis: Exurgens petrus in medio fratrum dixit. Uiri fratres: oportet impleri scripturam quam predixit sanctus per os dauid de iuda: qui fuit dux eorum qui comprehenderunt. ihesum qui connumeratus erat in nobis. et sortitus est sortem ministerii huius. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, et suspensus crepuit medius et diffusa sunt omnia uiscera eius. Et notum factum est omnibus habitantibus iherusalem, ita ut appellaretur ager ille lingua eorum acheldemach, hoc est ager sanguinis. Scriptum est enim: in libro psalmorum. Fiat habitacio eius deserta: et non sit qui inhabitet in ea. et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex hiis uiris qui nobiscum congregati sunt in omni tempore quo intrauit et exiuit inter nos dominus ihesus incipiens a baptismate iohannis usque in diem qua assumptus est a nobis testem resurreccionis eius nobiscum fieri unum ex istis. Et statuerunt duos Iosep qui cognominabatur barsabas. qui cognominatus est iustus, et mathiam. Et orantes dixerunt. Tu domine qui corda nosti omnium: ostende quem elegeris ex hiis duobus unum accipere locum ministerii huius et apostolatus de quo preuaricatus est iudas: ut abiret in Et dederunt./ locum suum. ortes. Et sors cecidit [fo. 233. b.

776

super mathiam. Et annunciat est: cum undecim apostolis.

Gradale.

M Imis honorati.

Tractus.

DEsiderium anime eius.

Euangelium.

M Isit ihesus duodecim.

Offertorium.

IN omnem terram.

Secretum.

DEus qui proditoris aposta ruinam ne apostolorum tu rumnumerussacratus perfeccio careret beati mathie eleccio supplesti: presencia mune sanctifica: et per ea nos grad tue uirtute confirma. Per.

Prefacio.

ET te suppliciter.

Communio.

F Go uos elegi.

Postcommunio.

PResta quesumus omnipote et misericors deus ut per h sancta que sumpsimus interniente beato mahia¹ apostolo t ueniam consequamur et pace Per.

In natali sanctarum perpetue felicitatis officium.

I J Ultum tuum.

1 Sic.

Oracio.

DA nobis quesumus domine deus noster sanctarum martirum perpetue et felicitatis palmas incessabili deuocione uenerari: ut quas digne non possumus imitari. humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per.

Epistola.

A Udite me diuini.

Gradale.

A Nima nostra.

Euangelium.

Simile est regnum celorum

Offertorium.

OFferentur.

Secretum.

I Ntende quesumus domine munera altaribus tuis per sanctarum uirginum perpetue et felicitatis sollempnitate proposita: ut sicut per hec beata misteria illis gloriam contulisti, ita nobis indulgenciam largiaris. Per.

Communio.

Uinque prudentes.

Postcommunio.

SAnctarum uirginum tuarum perpetue et felicitatis festiuitate, et sacramenti diuini munere uegetati quesumus domine ut sicut bonis tuis per graciam tuam temporaliter fouemur, ita perfruamur eternis. Per,

778

In natali sancti Gregorii [pape1]
officium.

S Acerdos dei.

Oracio.

DEus qui anime famuli tui gregorii eterne beatitudinis premia contulisti. concede propicius ut qui peccatorum pondere premimur: eius apud te precibus subleuemur. Per.

Epistola.

Cce sacerdos.

Gradale.

I Urauit dominus.

Tractus.

REatus uir.

Euangelium.

I JOs estis sal.

Offertorium.

| Eritas mea.

Secretum.

I Ntercessio quesumus domine beatissimi gregorii misericordie tue munera nostra conciliet ut. quod merita non ualent nostra. eius deprecacio nobis optineat. Per.

Communio.

FIdelis seruus.

Postcommunio.

Pletatem tuam domine subnixis precibus imploramus ut per beati gregorii merita. et per

1 Erased.

huius misterii sacramenta nos protegas scuto potencie tue. temptacionum/ spicula [fo. 234retundas et ab omni prauitate correctos: uiam iusticie tenere nos doceas. Per dominum.

In natali sancti Cyriaci martiris sociorumque eius officium.

TImete dominum.

Oracio.

DEus qui nos annua beati Cyriaci martiris tui sociorumque eius sollempnitate letificas: concede propicius, ut quorum natalicia colimus, uirtutem quoque passionis imitemur. Per dominum.

Epistola.

Etuentes dominum.

Gradale.

TImete dominum.

Tractus.

Ui seminant.

Euuangelium.

I Idens turbas ihesus.

Offertorium.

Etamini in domino.

Secretum.

PRo sanctorum tuorum Cyriaci sociorumque eius martirio uenerando hostias tibi domine immolamus tua mirabilia pertractites, per que talis est perfecta pria, Per.

780

Communio.

SIgna eos.

Postcommunio.

SAnctorum martirum tuorum precibus confidentes quesumus domine, ut per ea que sumpsimus, eterna remedia capiamus. Per.

In natali sancti Edwardi regis et martiris. Officium.

T Etabitur iustus.

Oracio.

DEus cuius misericordia anima regis et martiris Edwardi ad requiem peruenit sempiternam: presta quesumus ut cuius festa recolimus eius in tuo conspectu meritis adiuuemur et precibus. Per.

Epistola.

T Ustus si morte.

Gradale.

DOsuisti domine.

Tractus.

Esiderium.

Euuangelium.

CIquis uenit ad me.

Offertorium.

CLoria et honore.

Secretum.

H Ostias quas tibi domine offerimus propicius respice. et interueniente beato martire tuo eduuardo. a cunctis pecca-

minum nos nexibus clementer bsolue. Per.

Communio.

M Agna est.

Postcommunio.

Perceptis quesumus domine corporis et sanguinis tui sacramentis intercedente beato martire tuo eduuardo ab omni purgemur macula delictorum. Per dominum.

In natali sancti Cuthberti episcopi et confessoris. officium.

S Tatuit ei.

Oracio.

Mnipotens sempiterne deus qui in meritis sancti Cuthberti pontificis tui semper es et ubique mirabilis. quesumus clemenciam tuam ut sicut ei eminentem gloriam contulisti. sic ad consequendam misericordiam tuam eius nos facias precibus adiuuari. Per.

Leccio malachie prophete.

Hec dicit dominus. Scitis quia misi ad uos mandatum istud: ut esset pactum meum cum leui dicit dominus excercituum. Pactum meum/[fo. 234.b. fuit eum eo: uite et pacis. Et dedi ei timorem et timuit me: et a facie nominis mei pauebat. Lex ueritatis fuit in ore eius. et iniquitas non est inuenta in labiis eius. In pace et in equitate ambulauit mecum: et multos auertit ab iniquitate. Labia enim sacerdotis custodiunt scienciam et legem requirunt ex ore

782

eius : quia angelus domini excercituum est.

Gradale.

Cce sacerdos.

Tractus.

BEatus uir.

Euuangelium.

I Idete uigilate.

Offertorium.

Nueni dauid.

Secretum.

HEc tibi quesumus domine beati Cuthberti pontificis tui intercessione nunc grata reddatur oblacio. et per eam magestati tue nostrum famulatum perfice mundum. Per.

Communio.

FIdelis seruus.

Postcommunio.

PRotege quesumus domine familiam tuam munera sacra libantem ut beati cuthberti confessoris tui atque pontificis gaudenter sollempnia recensentes. quod nostris impedimur meritis eius apud te iustum iudicem suffragemur patrociniis. Per.

In natali sancti benedicti abbatis officium.

S iusti meditabitur.

Oracio.

Omnipotens sempiterne deus qui hodierna die carnis educ-

784

tum ergastulo beatissimum benedictum confessorem tuum subleuasti ad celum. concede quesumus hec festa tuis famulis celebrantibus cunctorum ueniam delictorum: ut qui exultantibus animis eius claritati congaudent. ipso apud te interueniente consocientur et meritis. Per dominum.

Leccio libri sapiencie.1

I N diebus illis : Dixi. Rigabo ortum meum plantacionum: et inebriabo partus² mei fructum. Et ecce factus est michi trames abundans et fluuius meus propinquauit ad mare. Quoniam doctrinam quasi lucanum illumino ab omnibus: et enarrabo illam usque in longinquo. Penetrabo inferiores partes terre: et inspiciam omnes dormientes. et illuminabo sperantes in domino. Adhuc doctrinam quasi propheciam effundam. et relinguam illam querentibus sapienciam: et non desinet progenies illorum usque in euum sanctum. Uidete quoniam nonsolum michi laboraui: set et omnibus exquirentibus ueritatem. In hiis2 placitum est spiritui meo. que sunt probata coram deo et hominibus. Concordia fratrum: et amor proximorum.

Gradale.

Omine preuenisti.

Tractus./ [fo. 235.

Domine non aspicias peccata mea set fidem huius hominis qui rogat resuscitari filium suum. Et redde in hoc corpusculo animam

sic. [Ecclesiastic, xxiv, 42-xxv. 2.]

pueri quam tulisti. Ps. Et completa oracione reuixit et sanum reddidit patri suo.

Euuangelium.

Dixit symon petrus.

Offertorium.

T J Eritas mea.

Secretum.

OBlatis domine ad honorem beati benedicti confessoris tui placare muneribus: et ipsius interuentu cunctorum nobis indulgenciam tribue peccatorum. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

PRestet nobis domine tui percepcio sacramenti intercedente beato benedicto confessore tuo. ut et conuersacionis eius imitemur exempla. et pertingamus ad premia. Per.

In annunciacione sancte marie uirginis. Officium.

ROrate celi desuper, et nubes pluant iustum aperiatur terra et germinet saluatorem. Et iusticia oriatur simul ego dominus creaui eum.

Quando hoc festum in xl, euenerit ad magnam missam in conuentu. et ad missam sancte marie tantum dicetur. Gloria in excelsis deo.

Oracio.

DEus qui de beate marie uirginis utero uerbum tuum ange-

lo nunciante carnem suscipere uoluisti presta supplicibus tuis ut qui uere eam dei genitricem credimus eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per.

Epistola.

L Ocutus est dominus. Require iiii feria in aduentu domini.

Gradale.

Tollite portas principes uestras et eleuamini porte eternales et introibit rex glorie. V. Quis ascendet in montem domini aut quis stabit in loco sancto eius innocens manibus et mundo corde. Alleluya. V. Aue maria gracia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus.

Tractus.

A Ue maria gracia plena dominus tecum. V. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus uentris tui. V. Spiritus sanctus superueniet in te et uirtus altissimi obumbrabit tibi. V. Ideo que et quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei.

Sequencia.

M Issus gabriel de celis uerbi baiulus fidelis sacris disserit loquelis cum beata uirgine. Uerbum bonum et suaue pandit intus in conclaue et ex eua format aue eue uerso nomine. Consequenter iuxta pactum adest uerbum caro factum semper tamen est intactum puellare gremium. Parem pariens ignorat et quam homo non deflorat non torquetur nec laborat quando parit filium. Signum audis noui-/tatis. crede solum et est [fo. 235. b. satis non est tue facultatis soluere corrigiam. Grande signum et insigne est in rubo et in igne ne

786

appropiet indigne calciatus quispiam. Uirga sicca sine rore nouoritu nouo more fructum protulit cum flore, sic et uirgo peperit. Benedictus talis fructus fructus gaudii non luctus non erit adam seductus si de hoc gustauerit. Ihesus noster ihesus bonus pie matris pium onus cuius est in celothronus nascitur in stabulo. Qui sic est pro nobis natus nostros deleat reatus quia noster incolatus hic est in periculo.

Euuangelium.

M Issus est gabriel. Require ut supra.

Offertorium.

A Ue maria gracia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus uentris tui.

Secretum.

I N mentibus nostris quesumus domine uere fidei sacramenta confirma. ut qui conceptum de uirgine deum uerum et hominem confitemur. per eius salutifere resurreccionis potenciam ad eternam mereamur peruenire leticiam. Per eundem.

Prefacio.

ET te in annunciacione.

Communio.

E Cce uirgo concipiet et pariet filium et uocabitur nomen eius emanuel.

Postcommunio.

GRaciam tuam quesumus domine mentibus nostris infunde: ut qui angelo nunciante christi filii incarnacionem cog-

nouimus per passionem eius et crucem ad resurreccionis gloriam perducamur. Per eundem.

In natali sancte marie egypciace.
Oracio.

PResta quesumus omnipotens deus ut qui beate marie egypciace quam a peccatorum uoragine reuocasti sollempnitatem agimus: eius interuenientibus meritis ab omnibus liberemur aduersis. Per.

Secretum.

Super hanc hostiam nostram quesumus domine benediccio tua descendat. et ut ipsi tibi hostia placabilis efficiamur. meritis sancte marie egypciace apud te efficiat. Per.

Postcommunio.

A Uxilientur nobis domine sacrosancta misteria beate marie egipciace ueneracione celebrata. que spretis mundane uanitatis illecebris. te solum diligere tibique deo et sacro elegit iugiter adherere. Per.

In natali sancti Ricardi episcopi et confessoris. Oracio.

DEus qui ecclesiam tuam meritis beati ricardi confessoris tui atque pontificis fecisti miraculis choruscare gloriosis: concede nos famulos tuos ipsius intercessione ad eterne beatitudinis gloriam peruenire. Per./

Secretum.

Concede quesumus misericors deus ut intercedente beato Ricardo confessore tuo atque 788

pontifice oculis tue magestatis munus oblatum et graciam nobis bene uiuendi optineat et gloriam sempiternam post hanc uitam adquirat. Per.

Postcommunio.

HEc sacrosancta sumpta misteria nobis effectum domine conferant salutarem: quorum beatus ricardus confessor tuus atque pontifex deuotus existit dispensator. Per.

In natali sancti Ambrosii episcopi et confessoris. Officium. C Tatuit ei.

Oracio.

DEus qui per beati ambrosii confessoris tui atque antistitis documenta agnicionem nobis ueritatis reserasti; fac nos quesumus huius intercessione doctoris et a peccatis omnibus exui. et eterne uite gaudiis admisceri. Per,

Epistola.

ECce sacerdos.

Gradale.

E Cce sacerdos. Alleluya. V. Inueni dauid.

Tractus.

DEsiderium. Alleluya. V. Hic in oracione.

Euangelium.

I JOs estis sal.

Offertorium.

Nueni dauid.

Secretum.

entis oblacionis nostre nera quesumus omnipous serena sancti spiritus cione perfunde: et beato io pontifice interueniente ennem tribue nobis prosanctificacionis effectum. n unitate, eiusdem.

Communio.

s seruus.

Postcommunio.

us domine percepcione cramenti ab omni uiciontagione purifica, et beati ii confessoris tui atque is, tribue consociari merius nos doctrinis erudis aplis. Per.

ıtali sancti cuthlaci confessoris officium.

sti.

Oracio.

s qui nos beati cuthlaci nfessoris tui annua solate letificas: concede is: ut sicut ille per ardua uite instituta ad tue gaudia peruenit. ita intercessione ad eadem re mereamur. Per.

Epistola,

s cor suum.

Gradale.

ne preuenisti. Alleluya. V.

790

Euuangelium.

V Emo lucernam.

Offertorium.

[] Eritas mea.

Secretum.

latres: Ouis nos seperabit caritate christi? Tribulacio. ngustia. an persecucio. an s. an nuditas. an periculum. ladius? Sicut scriptum est. propter te morte afficimur die. estimati sumus ut² oues ionis. Set in hiis omnibus ramus: propter eum qui it nos. Certus sum enim neque mors neque uita e angeli neque principatus, e potestates, neque uirtutes. e instancia. neque futura. e fortitudo, neque altitudo, e profundum. neque creatura poterit nos separare a caritate que est in christo ihesu: donostro.

Gradale.

Cce quam bonum. Alleluya. V. Iusti epulentur.

Euangelium. dente ihesu.

Offertorium,

efore this word a letter or two erased.

Secretum.

H Ostias altaribus tuis domine placacionis imponimus potenciam tuam in sanctorum tuorum passionibus honorando et per eos nobis implorando et per eos ueniam peccatorum. Per.

Communio./ [fo. 248. b.] T si coram.

Postcommunio.

SUmptis sacramentis plebs tua domine quesumus repleta proficiat: et eorum fulta presidiis quorum natalicia celebrat: quod temporaliter deuota sectatur; eternum consequi mereatur. Per.

Infra octauas sancti Iohannis baptiste. Officium et cetera fiant sicut in die.

In natali sancti Leonis officium.

C Tatuit ei dominus.

Oracio.

DEus qui beatum leonem pontificem sanctorum tuorum meritis coequasti: concede propicius. ut qui commemoracionis eius festa recolimus: uite quoque imitemur exempla. Per.

Epistola.

H Abemus pontificem.

Gradale.

E Cce sacerdos. Alleluya. V

Euangelium.

JOs estis sal.

Offertorium.

Nueni dauid.

Secretum.

A Nnue nobis domine ut inter-cessione beati leonis pontificis tui hec prosit oblacio quam immolando tocius mundi tribuisti relaxare delicta. Per.

Communio.

L'Idelis seruus.

Postcommunio.

CUmentes domine diuina misteria sancti leonis confessoris atque pontificis pia nos quesumus intercessio prosequatur, ut cuius sollempnia recensemus senciamus optata presidia. Per.

Eodem die uigilia apostolorum petri et pauli. ad magnam missam officium.

Dicit dominus petro cum esses iunior cingebas te et ambulabas ubi uolebas. cum autem senueris extendes manus tuas et alius te cinget et ducet quo tu non uis. hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset deum. Ps. Celi enarrant. Gloria patri.

Oracio.

Eus qui nos beatorum apostolorum tuorum Petri et pauli natalicia gloriosa preire concedis: tribue quesumus eorum nos semper et beneficiis preueniri: et oracionibus adiuuari. Per.

Leccio actuum apostolorum.

N diebus illis: Petrus et Iohannes ascendebant in templum: ad horam oracionis nonam. Et quidam uir qui erat claudus "x utero matris sue baiulabatur: 848

quem ponebant cotidie ad portam templi que dicitur speciosa. ut peteret elemosinam ab introeuntibus in templum. Is cum uidisset petrum et Iohannem incipientes introire in templum: rogabat eos ut elemosinam acciperet. Intuens autem in eum petrus cum iohanne : dixit. Respice in nos. At ille intendebat in eos: sperans se aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit. Argentum et aurum/ non est michi: quod autem [fo. 249. habeo hoc tibi do. In nomine ihesu christi nazareni: surge et ambula. Et apprehensa manu eius dextera: alleuauit eum et protinus consolidate sunt bases eius et plante: et exiliens stetit et ambulabat. Et intrauit cum illis in templum ambulans et exiliens et laudans deum. Et uidit eum omnis populus ambulantem et laudantem deum. Cognoscebant autem illum quoniam ipse erat qui ad elemosinam sedebat ad speciosam portam templi. Et repleti sunt omnes stupore et exstasi: in eo quod contigerat illi.

Gradale.

IN omnem terram. Require in communi apostolorum. Alleluya. V. Tu es symon bariona cui caro et sanguis non reuelauit uerbum patris set ipse pater qui est in celis.

Secundum Iohannem.

I N illo tempore: Dixit ihesus petro. Symon iohannis diligis me plus hiis? Dicit ei. Eciam domine: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterum. Symon iohannis amas me? Ait illi. Eciam do850 cum unum: et continuo discessit

u scis quia amo te. Dicit ce agnos meos. Dicit ei Symon iohannis amas Contristatus est petrus tit ei tercio amas me: et

Domine tu omnia scis: quia amo te. Dicit ei. ues meas. Amen amen i cum esses iunior cinget ambulabas ubi uolebas. Item senueris extendes uas. et alius te cinget et 10 tu non uis. Hoc aut: significans qua morte: turus esset deum.

Offertorium.

Secretum.

era domine tue propiciani deferimus que pro grata ieiuniis eorum us deprecacio. quorum nia preuenimus efficiat.

Communio.

iohannis diligis me plus omine tu omnia nosti tu scis uia amo te.

Postcommunio.

simus domine diuina misbeatorum apostolorum petri et pauli desiderata lia recolentes: presta is ut eorum supplicacioiniamur: quorum regicipatu. Per.

In die officium.

1 Sic.

scio uere. quia misit domingelum suum et eripuit me herodis. et de [fo. 249. b. ectacione plebis iudeorum. exeuntes processerunt uiangelus ab eo et petrus ad se reuersus dixit. Gloria patri.

Oracio.

DEus qui hodiernam diem apostolorum tuorum Petri et pauli martirio consecrasti: da ecclesie tue eorum in omnibus sequi preceptum: per quos religionis sumpsit exordium. Per.

Leccio actuum apostolorum.

I N diebus illis. Misit hero-des rex manus: ut affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem iacobum: fratrem iohannis gladio. Uidens autem quia placeret iudeis: apposuit ut apprehenderet et petrum. Erant autem dies azimorum. Quem cum apprehendisset misit in carcerem: tradiditque quatuor quaternionibus militum custodiendum. uolens post pascha producere eum populo. Et petrus quidem seruabatur in carcere. Oracio autem fiebat: sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo. Cum autem producturus eum esset herodes: in ipsa nocte erat petrus dormiens inter duos milites uinctus cathenis duabus. et custodes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus domini astitit: et lumen refulsit in habitaculo carceris, Percussoque latere petri: excitauit eum. dicens. Surge uelociter. Et ceciderunt cathene de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum. Precingere et calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi. Circumda tibi uestimentum tuum: et sequere me. Et exiens sequebatur eum: et

nesciebat quia uerum est quod fiebat per angelum. Estimabat enim: se uisum uidere. Transeuntes autem primam et secundam custodiam: uenerunt ad portam ferream que ducit ad ciuitatem. que ultro aperta est eis. Et exeuntes processerunt uicum unum: et continuo discessit angelus ab eo. Et petrus ad se reuersus dixit. Nunc scio uere quia misit dominus angelum suum et eripuit me de manu herodis: et de omni expectacione plebis iudeorum.

Gradale.

Constitues eos principes super omnem terram memores erunt nominis tui domine. V. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii. propterea populi confitebuntur tibi. Alleluya. V. Tu es pastor ouium princeps apostolorum tibi tradite sunt claues regni celorum.

Sequencia.

Aude iocunda melos turma/ persona. Iungando uerba fo. 250. symphonie rithmica. Concrepans inclita armonia uera secli lumina. Luce qui aurea illustrauit regna mundi omnia. Uernant forcia iam quorum trophea in celi regia. Quorum merita dissoluunt crimina hac die fulgida. Nam alter crucis supplicio triumphans alter ensis iugulo uterque nitet. laurea. Et super sublmes1 sydera insignes uictoria celica prelati sunt in curia. Hinc beate petre qui maxima reseras claudis uerbo celi limina. Sume pius uota fidelia peccati cuncta resoluendi uincula. Sacra paule ingere dogmata illustrans plebis pectora. Et quousque det deus perfecta ultra fer mentes sydera. Dulcis qua resultat musica uirtutum fidibus atque melis concinna. In qua symphonia miscetur et illa que uere dyatesseron prima. Constans uirtute et iusticia. Temperancia et prudencia. Quibus supera agmina rite decusata christo cantica psallunt enormanica. Nostra sint quorum socia illa dent lumina quis preconia damus yperlirica. Sublime dicant nunc omnia. amen redempta.

Euangelium.

U Enit ihesus in partes. Require in cathedra eiusdem.

Offertorium.

Onstitues.

Secretum.

H Ostias domine quas nomini tuo sacrandas offerimus apostolica prosequatur oracio. per quam nos expiari tribuas et defendi. Per.

Communio.

TU es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam.

Postcommunio.

Ous celesti domine alimento saciasti, apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per.

In commemoracione sancti pauli officium.

S Cio cui credidi et certus sum quia potens est depositum meum seruare in illum diem. Ps.² Nonsolum autem michi. set et omnibus qui diligunt aduentum eius.

[Oracio.]

DEus qui multitudinem gencium beati pauli apostoli tu predicacione docuisti: da nobis

Sic for enharmonica. 2 Sic.

esumus, ut cuius natalicia olimus, eius apud te patrocinia enciamus. Per.

Ad galathas.

Ratres: Notum uobis facio euuangelium quod euuange-**Ezat**um est a me : quia non est **Secundum** hominem. Neaue **nim** ego ab homine accepi illud meque didici: set per reuelacion**em** ihesu christi. Audistis enim **con**uersacionem meam aliquando **in** iudaismo, quoniam supramodum persequebar ecclesiam **dei** et expugnabam illam. et proficiebam in iudaismo/ supra multos coetaneos [fo. 250. b. meos in genere meo habundancius emulator existens paternarum mearum tradicionum. Cum autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris mee et uocauit per graciam suam ut reuelaret filium suum in me ut euuangelizarem illum in gentibus continuo non adquieui carni et sanguini nequeueni iherosolimam ad antecessores meos apostolos: set abii in arabiam et iterum reuersus sum damascum. Deinde post annos tres ueni iherosolimam uidere petrum: et mansi apud eum diebus quindecim. Alium autem apostolorum uidi neminem: nisi iacobum fratrem Oue autem domini. uobis ecce coram deo quia non mencior. Deinde ueni in partes svrie et cilicie. Eram autem ignotus facie ecclesiis iudee que erant in christo: tantummodo auditum habebant quoniam qui persequebatur nos aliquando. nunc enuangelizat fidem quam

aliquando expugnabat. Et in me clarificabant deum.

Gradale.

Ui operatus est petro in apostolatum. operatus est et michi inter gentes et cognouerunt graciam dei que data est michi. V. Gracia dei in me uacua non suit. set gracia eius semper in me manet. Alleluya. V. Magnus sanctus paulus uas eleccionis uere digne est glorisicandus

Sequencia.

PEtre summe christi pastor et paule gencium doctor. Alleluya. Ecclesiam uestris doctrinis illuminatam. Per circulum terre precatus Nam dominus petre celorum tibi claues dono dedit. Armigerum beniamin christus te fecit suum uas electum. Mare planta te petre christus conculcare tue dedit caritati. Umbra tui corporis infirmis debilibus que fecit remedium. Doctilogos philosophos te paule christus dat uincere sua uoce. Multiplices uictorias tu paule christo¹ per populos adquisisti. Postremo uictis omnibus barbaris. Ad arcem summi pergitis culminis. Romanos discordes, sub iugo christi pacatos iam coartare.2 Ubi neronis feritas principis. Apostolorum preliis plurimis. Uictores diuerse te petre et paule addixerat pene mortis. Te crux associat, te uero gladius cruentus mittit christo.

Euangelium.

[Ixit symon petrus.]

Offertorium.

[Chi autem nimis.]

¹ written over erasure.

² Sic.

Secretum.

OBlacionem tibi domine uotiuam deferentes deprecamur. ut ad laudem tui nominis et apostolice reuerenciam dignitatis et ad nostrum proueniat sanctificata presi/dium. Per. [fo. 251.

Prefacio.

T te suppliciter.

Communio.

A Men dico uobis.

Postcommunio.

D^A quesumus omnipotens deus ut ecclesia tua sacramentis refecta salutaribus. et beati pauli apostoli fulta supplicacionibus, sic presencia dona percipiat, ut capere mereatur eterna. Per.

Eodem die ad missam matutinalem que erit de sancto petro officium.

V Unc scio.

Oracio.

DEus qui beato petro apostolo tuo callatis¹ clauibus regni celestis animas ligandi atque soluendi pontificium tradidisti: concede propicius; ut intercessionis eius auxilio, a peccatorum nostrorum nexnexibus¹ liberemur. Qui uiuis et regnas.

Epistola.

M Isit herodes.

Gradale.

N Imis honorati. Alleluya. V.
Tu es petrus.

1 Sic.

Euangelium.

I TEnit ihesus in.

Offertorium.

IN omnem.

Secretum.

E Cclesie tue domine quesumus preces et munera beati apostoli tui petri commendet oracio. ut quod pro illius gloria celebramus: nobis prosit ad ueniam.

Communio.

TU es petrus.

Postcommunio.

LEtificet nos quesumus domine munus oblatum ut sicut in apostolo tuo petro mirabilem te predicamus, sic per illum tue sumamus indulgencie largitatem, Per dominum.

Eodem die sancti marcialis episcopi. Oracio.

Omnipotens sempiterne deus cui cuncta famulantur elementa intercedente pro nobis beato marciale confessore tuo atque pontifice exaudi quesumus oracionem nostram. et tribue nobis misericordiam tuam: ut quecumque precipis. ipso adiuuante implere ualeamus. Per.

Secretum.

PResta quesumus domine ut beati marcialis confessoris tui atque pontificis suffragiis tua in nobis munera tuearis pro cuius honoranda confessione hostias tibi laudis offerimus, Per,

Postcommunio.

nos domine confessoris tque pontificis marcialis sancta per hec sacraque sumpsimus tueatur. nostra consciencia non t. eius nobis qui tibi pracione donetur. Per.

ctauas apostolorum per ebdomadam officium, autem.

Oracio. qui hodie.

Epistola.

on estis. Alia. Consent. Alia. Exurgens prin-Dominica infra octauas Scimus quoniam dilii. Alia. Per manus.

Gradale.

honorati. Gradale. In nem terram. Alleluya. V. is. Alleluya. V. Non uos. V. In omnem terram. V. Nimis honorati.

Euangelium.

est preceptum. Aliud. c man/do. Eu-[fo.251.b. v. Facta est contencio. lium. Ecce ego. Eu-n. Misit.

Offertorium.

em terram. Offertorium.

Communio.

os. Communio. Uos qui ti. 858

In octaua sancti Iohannis officium.

DE uentre.

Oracio.

Eus qui presentem.

Epistola.

A Udite insule.

Gradale.

PRiusquam. Alleluya. V. Internatos.

Euangelium.

Lizabeth.

Offertorium. Ustus ut palma.

Communio.

TU puer.

De sancto swythuno episcopo. Officium.

C Tatuit ei.

Oracio.

DEus qui hodiernam diem sacratissimam nobis in beati swythuni confessoris tui atque pontificis deposicione celebrare concedis: adesto propicius ecclesie tue precibus: ut cuius gloriatur meritis, muniatur suffragiis. Per.

Epistola.

Abemus pontificem.

Gradale.

E Cce sacerdos. Alleluya. V.

Euangelium. Igilate quia.

Offertorium.
Nueni dauid.

[Secretum.1]

CUscipe clementissime deus S munus quod magestati tue offerimus, et interueniente beato swythung confessore tuo atque pontifice, ad utriusque uite prosperitatem illud nobis prouenire concede. Per.

Communio.

Idelis.

Postcommunio.

Eus qui nos a delictorum contagiis tuorum expias percepcione sacramentorum: presta ut beati swythuni confessoris tui et episcopi meritis a cunctis eruamur aduersis, et celestis uite perfrui mereamur deliciis. Per.

Commemoracio de martiribus processo et martiniano. Oracio.

Eus qui nos beatorum martirum tuorum processi et martiniani confessionibus gloriosis circumdas et protegis: da nobis et eorum imitacione profiscere2 et intercessione gaudere. Per.

Secretum.

SUscipe domine preces et munera oblata que ut tuo sint digna conspectui. sanctorum processi et martiniani precibus adiuuemur. Per.

Postcommunio.

EXultamus in te domine. et de percepcio2 pane iusticie. et de tuorum festiuitate martirum. quia interuencionibus eorum confidimus nobis ad perpetuam uitam profutura que sumpsimus.

In translacione sancti martini episcopi et confessoris officium. STatuit.

1 Omitted in MS. 2 Sic. 860

Oracio.

Eus qui populo tuo e salutis beatum mart ministrum tribuisti presta q mus: ut quem doctorem habuimus in terris, intercess semper habere mereamur in Per.

Epistola. Cce sacerdos.

Gradale.

Cce sacerdos. Alleluya. martine presul contexisti dominum christum iccirco pos nostri memor assis.

Euangelium. Olite timere.

Offertorium.

Nueni dauid.

Secretum. Ntercessio domine martini confessoris tui pontificis munera nostra commendet. nosque mag tue semper reddat Per.

Communio.

Idelis.

Postcommunio.

PRestent nobis domine of mus sumpta sacrament sidium salutare, et interu tibus beati martini confe tui atque pontificis merit omnibus nos absoluant pe Per.

In octava apostolorum pet pauli officium. Apienciam.

Oracio.

Eus cuius dextera b petrum ambulanter **fluctibus** ne mergeretur erexit. et **coapostolum** eius paulum tercio **mau**fragantem de profundo pelagi liberauit. exaudi nos propicius et concede. ut amborum meritis eternitatis gloriam consequamur. Per.

Ad galathas.

Ratres: Deus personam hominis non accipit. Michi autem qui uidebantur esse aliquid: nichil contulerunt. Set econtra **cum** uidissent quod creditum est michi euuangelium prepucii: sicut petro circumcisionis. qui enim operatus est petro in apostolatu circumsicionis. operatus est et michi inter gentes. et cum cognouissent graciam que data est michi. iacobus et cephas iohannes qui uidebantur columpne esse: dextras dederunt michi et barnabe societatis. ut nos in gentes, ipsi autem in circumcisionem. tantum ut pauperum memores essemus. Quod autem sollicitus fui: idipsum facere. In christo ihesu: domino nostro.

Gradale.

I Ustorum anime. Alleluya. V. Isti sunt due oliue candelebra lucencia ante dominum. habent potestatem claudere celum nubibus et aperire portas eius quia lingue eorum claues celi facte sunt.

Secundum matheum.

I N illo tempore: Iussit ihesus discipulos suos ascendere in nauiculam: et precedere eum transfretum. donec dimitteret turbas. Et dimissa turba: ascendit in montem solus orare. Uespere autem facto: erat 1 Sic.

solus ibi. Nauicula autem in medio mari: iactabatur flucti-Erat enim uentus con-Quarta autem uigilia trarius. noctis uenit ad eos: ambulans supra mare. Et uidentes eum supra mare ambulantem turbati sunt dicentes quia fantasma est. Et pre timore clamauerunt. Statimque ihesus: locutus est eis dicens. Habete fiduciam. Ego sum: nolite timere. Respondens autem petrus dixit. Domine:/ si tu es. iube [fo. 252. b. me uenire ad te super aquas. At ipse ait. Ueni. Et descendens petrus de nauicula: ambulabat super aquam. ut ueniret ad ihesum. Uidens uero uentum ualidum: timuit. Et cum cepisset mergi: clamauit dicens. Domine: saluum me fac. Et continuo ihesus extendens manum apprehendit eum: et ait illi. Modice fidei quare dubitasti? Et cum ascendisset in nauiculam: cessauit uentus. Qui autem in nauicula erant: uenerunt et adorauerunt eum dicentes. Uere: filius dei es.

Offertorium. Xultabunt.

Secretum.

I Ntende precamur altissime uota que reddimus tibique placita eorum fieri precibus concede. pro quorum deferuntur honore. Per.

Communio.

Ustorum anime.

Postcommunio.

C Umpta domine sacramenta beatis apostolis tuis petro et

paulo deprecantibus, remedium nobis celeste concilient.

In [translacione sancti Thome. archiepiscopi et martiris.

Audeamus]¹ ps. Exultate iusti.

[Oracio.¹] Per. Epistola.

Ilectus deo.

Gradale. Posuisti domine. Alleluya. V. Letabitur iustus.

Euangelium.

Go sum pastor. Require in dominica prima post octauas pasche.

Offertorium.

🕽 Osuisti.

Secretum Per.

Communio.

Agna est. Postcommunio. Per.

1 Erased.

² The collects have been completely erased. In the Sarum missal they are as follows:

Oratio.

Deus qui nos beati Thome martyris tui atque pontificis translationem celebrare concedis te suppliciter exoramus ut eius meritis et precibus a viciis ad virtutes et a carcere transferamur ad regnum. Per.

Secreta.

Deus qui panem et vinum in corpus tuum et sanguinem celesti benedictione conuertis concede nobis per merita beati Thome martyris tui atque pontificis ut ad tuam misericordiam reuertentes tuo beneplacito conformemur. Qui viuis.

Postcommunio.

Deus qui beatum Thomam martyrem tuum atque pontificem a suppliciis ad gaudia transtulisti tribue quesumus ut qui translationem eius veneramur in terris per eius patrocinium ad celestia transferamur. Per dominum.

864

In natali sanctorum septem fratrum officium.

Audate pueri.

Oracio.

PResta quesumus omnipoten deus ut qui gloriosos martire tuos ianuarium. felicem. philip pum. siluanum. alexandrum uitalem et marcialem fortes in confessione cognouimus pios apud te in nostra interces sione senciamus. Per.

Epistola. Ememoramini.

Gradale.

Indica domine. Alleluya. 🏋 Fulgebunt iusti.

> Euangelium./ [fo. 253. Oquente ihesu.

Offertorium.

A Nima nostra.

Secretum.

R Espice domine oblacione fidelium. ut tibi grate sint ir tuorum passione sanctorum. qui germano amore te diligentes sua corpora martirio tradiderunt. Per.

Communio.

**** Uicumque.

Postcommunio.

R Efecti domine gracie tue uitalibus alimentis supplices exoramus ut quorum celebramus uictorias: participemur et pre-Per.

In translacione sancti benedicti abbatis officium.

S iusti meditabitur.

866

Oracio.

I Ntercessio nos quesumus domine beati benedicti abbatis commendet: ut quod nostris meritis non ualemus eius patrocinio assequamur. Per.

Leccio libri sapiencie.

Ui custodierint iusticiam domini: iuste iustificabuntur: et qui didicerint iusta inuenient quid respondeant. Concupiscite ergo sermones meos et diligite illos: et habebitis disciplinam. Clara est et que numquam marcesset sapiencia: et facile uidebitur ab hiis qui diligunt eam. et inuenietur ab hiis qui querunt eam. Preocupat qui se concupiscunt: ut illis se prior osten-Qui de luce uigilauerit ad illam non laborabit : assidentem enim illam foribus suis inueniet. Cogitare1 ergo de illa sensus est consummatus: et qui uigilauerit propter illam cito erit securus. Quoniam dignos se ipsa circuit querens: et in uiis suis ostendens se illis hillariter, et in omni prouidencia occurret illis. Inicium enim illius uerissima est discipline concupiscencia. Cura ergo discipline dileccio est: et dileccio custodia legum illius est. Custodia autem legum: consummacio incorrupcionis Incorrupcio autem: facit esse Proximum deo, Concupiscencia itaque sapiencie: deducet ad regnum perpetuum.

Gradale.

Domine preuenisti. Alleluya. V. Uir domini benedictus spiritu omnium iustorum plenus fuit.

Between the first and second syllables

M. WESTM.

Euangelium.

Emo lucernam.

Offertorium.

[] Eritas mea.

Secretum.

SAcris altaribus hostias domine superpositas sanctus benedictus abbas quesumus in salutem nobis prouenire deposcat. Per.

Communio.

A Men dico.

Postcommunio.

PRotegat nos domine cum tui percepcione sacramenti beatus benedictus abbas pro nobis intercedendo: ut et conuersacionis eius experiamur insignia/et intercessionis ipsius [fo. 253. b. senciamus suffragia. Per.

Infra octauas sancti benedicti officium, et cetera omnia dicantur sicut in die preter epistolam que erit. Iustus cor.

In natali sancte mildrithe uirginis officium.

DIlexisti iusticiam et odisti.

Oracio.

DEus qui populo tuo sancte mildrithe festiuitatem celebrare tribuisti concede propicius eius nos interuentu a peccatorum nostrorum nexibus solui. et ab omni iugiter aduersitate defendi. Per.

Epistola.

Quam pulcra.

Gradale.

Alleluya. V. Specie Ilexisti. tua.

Euangelium.

CImile est regnum celorum O decem.

Offertorium.

Fferentur regi.

Secretum.

I Unera tue pietati dicanda quesumus domine meritis beate uirginis tue mildrithe placatus intende. et eius salutaribus nos attolle suffragiis et defende intercessionibus.

Communio.

Iffusa.

Postcommunio.

SAncta tua domine perci-pientes tuam deuote misericordiam exoramus: ut beate mildrithe uirginis intercessione muniti sempiterna mereamur felicitate epulari. Per.

In translacione sancti swythuni episcopi. Officium.

S Tatuit.

Oracio.

Mnipotens sempiterne deus qui hodiernam diem honorabilem nobis in beatiswythuni confessoris tui atque pontificis translacione fecisti: da ecclesie tue hac celebritate leticiam: ut cuius sollempnitatem ueneramur

868

in terris. eius intercessione subleuemur in celis. Per.

Epistola.

Cce sacerdos.

Gradale.

Nueni dauid. Alleluya, V. Iur-

Euangelium.

[Omo quidam peregre.

Offertorium. Nueni dauid.

Secretum.

CUscipe clementissime deus Omunus quod magestati tue offerimus, et interueniente beato swythuno confessore tuo atque pontifice ad utriusque uite prosperitatem illud nobis prouenire concede. Per.

Communio.

[Idelis seruus.

Postcommunio.

Eus qui nos a delictorum contagiis tuorum percepcione sacramentorum. presta ut beati swythuni confessoris tui et episcopi meritis, a cunctis eruamur aduersis, et celestis uite perfrui mereamur deliciis. Per.

In festivitate sanctarum reliquiarum officium.

Apienciam sanctorum.

Oracio.

PResta quesumus omnipotens deus. ut sanctorum tuorum quorum reliquie in hac continentur ecclesia nos protegant menta

us eorum precibus/ tranpace in tua iugi- [fo. 254. de letemur. Per.

Epistola. sunt uiri.

Gradale. tabunt. Alleluya. V. Iusti

Euangelium. ens turbas.

Offertorium.

Secretum.

nera tue misericors deus lagestati oblata benigno nus intuitu aspice ut sanctuorum nobis precibus alutaria. quorum sacratisin hac basilica reliquie condite. Per.

Communio.

Postcommunio.

na libantes misteria quemus domine ut sanctorum i nos ubique protegat i hic sacra gaudemus patrocinia. Per,

ili sancti kenelmi martiris. Officium.

bitur iustus in domino.

Oracio.

ipotens et misericors deus i nobis preclaram huius iciam pro beati kenelmi s tui sollempnitate tributende serenus uota fidelis et concede ut cuius hodie 870

festa percolimus, eius semper meritis et precibus subleuemur. Per.

Dominus michi astitit.

Gradale.
Osuisti domine, Alleluya. V.
Beatus uir.

Euangelium.

Offertorium.

Loria et honore coronasti.

Secretum.

PResentibus domine quesumus. intende muneribus et patrocinante beato kenelmo martire tuo. cuius sollempnia uenerando recensemus fidelibus salutis indulgenciam conferant et eternitatis premia dignanter adquirant. Per.

Communio.

DOsuisti domine.

Postcommunio.

PErcipiat quesumus domine plebs tua beati martiris tui kenelmi natalicia celebrando cum exultacione leticiam. et quam celestis mense refecisti edulio. eternitatis tue facias assisti consorcio. Per.

In octava sancti benedicti. Epistola.

T Ustus cor.

Euangelium.

Emo lucernam.

Gradale.

BEatus seruus. Cetera sicut in die.

872

In natali sancte margarete uirginis officium.

Oquebar.

Oracio.

DEus qui beate uirginis margarete animam hodierna die ad celos per martirii palmam uenire fecisti: concede nobis quesumus. ut eius exempla sequentes ad te peruenire mereamur. Per.

Epistola.

Onfitebor tibi domine.

Gradale.

S Pecie tua. Alleluya. V. Adducentur.

Euangelium.

Simile est regnum celorum decem.

Offertorium.

Fferentur regi.

Secretum.

H Ec uictima domine quesumus pro beate uirginis margarete martirio oblata. et mencium nobis sanctitatem et corporum opti/neat castita- [fo. 254. b. tem. Per.

Communio.

CImile.

Postcommunio.

H Uius domine sacramenti percepcione, et beate margarete uirginis intercessione, tu in nobis manere dignare et nos in te semper uiuere concède. Per. Eodem die sancti wlmari al

Oracio.

I Ntercessio quesumus do beati wlmari abbatis nos que letificet utdum eius soll nitatem recolimus, eius pro adiuuemur. Per.

Secretum.

H Ec hostia quesumus do tuis conspectibus o beati wlmari abbatis me tibi fiat accepta. Per.

Postcommunio.

PResta quesumus domir hec dona tua que sumps beati wlmari abbatis pre in nobis pocius augeantur.

In natali sancte Praxed uirginis officium.

DIlexisti iusticiam.

Oracio.

A Ssit plebi tue omnipo deus beate praxedis un tue supplicacio. ut quicur eius gaudent honore, protega auxilio. Per.

Epistola.

SApiencia uincit.

Gradale.

Tlexisti iusticiam. Alleluy.
Specie tua.

Euangelium.

Simile est regnum cele decem.

Offertorium.

OFferentur.

, ,

Secretum,
ripe domine quesumus ob
norem sancte uirginis tue
lis munus oblatum et
nostris assequi meritis non
us. eiusdem suffragantibus
s nobis largire propicius.

Communio.

ısa.

Postcommunio.

cta tua nos domine quenus sancte praxedis uirgie meritis suffragantibus et atis omnibus exuant, et ad a regna perducant. Per.

'iuitate sancte marie marie¹ magdalene officium.

deamus. Ps. Eructauit.

Oracio.

ratissimam domine beate rie magdalene qua celos celebritatem recensentes: ces imploramus clemenuam. ut qui eius deuocionis nus insignia, ipsius merecompotes effici glorie,

Leccio libri sapiencie.2

lectulo meo per noctem siui quem diligit anima quesiui illum et non inueni. m et circuibo ciuitatem: icos et plateas queram diligit anima mea. Quelum: et non inueni. Inunt me uigiles: qui custociuitatem. Num quem anima mea uidistis? lum cum pertransissem ic dupliciter.

Cantic. Cantic. iii. 1-6.]

874

eos: inueni quem dilexit anima mea. Tenui eum nec¹/ [fo. 255. nec dimittam: donec introducam illum in domum matris mee et in cubiculum genitricis mee. Adiuro uos filie ierusalem per capreas ceruosque camporum ne suscitetis neque euigilare faciatis dilectam: donec ipsa uelit.

Gradale.

A Udi filia. Alleluya. V. Optimam partem elegit sibi maria que non auferetur ab ea ineternum.

Sequencia.

M Ane prima sabbati surgens dei filius nostra spes et gloria. Uicto rege sceleris rediit ab inferis cum summa uictoria. Cuius resurreccio omni plena gaudio consolatur omnia. Resurgentis itaque maria magdalene facta est prenuncia. Ferens christi fratribus eius morte tristibus expectata gaudia. O beati oculi quibus regem seculi morte iam deposita prima est intuita. Hec est illa femina cuius cuncta crimina ad christi uestigia eius lauit Quedum plorat et mens gracia. orat facto clamat quod cor amat ihesum super omnia. Non ignorat quem adorat quid precetur set deletur quod mens timet conscia. O maria mater pia. stella maris appellaris operum per merita. Matri christi coequata dum fuisti sic uocata set honore subdita. Illa mundi imperatrix ista beata peccatrix leticie primordia fuderunt in ecclesia. Illa enim fuit porta per quam fuit lux exorta hec resurgentis prenuncia mundum replet leticia. O maria magdalena audi uota laude plena. apud christum chorum istum clementer concilia. Ut fons summe pietatis qui te lauit a peccatis seruos

1 struck through with a red line.

suos atque tuos mundet data uenia.

Amen dicant omnia.

Secundum Lucam.

I N illo tempore: Rogabat ihesum quidam phariseus: ut manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisei: discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix, ut cognouit quod ihesus accubuisset in domo pharisei attulit alabastrum unguenti. Et stans retro secus pedes eius lacrimis cepit rigare pedes eius et capillis capitis sui tergebat. et osculabatur pedes eius et unguento ungebat. Uidens autem phariseus qui uocauerat eum: ait intra se. Hic si esset propheta: sciret utique que et qualis est mulier que tangit eum : quia peccatrix est. Et respondens ihesus: dixit ad illum. Symon. habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister dic. Duo debitores erant: cuidam feneratori. Unus debebat denarios quingentos: et alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent :/ [fo. 255. b. donauit utrisque. Quis ergo Et responeum plus diligit? dens symon: dixit. Estimo. quia is cui plus donauit. At ille dixit. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem dixit symoni. Uides hanc mulierem? Intraui in domum tuam: aquam pedibus meis non dedisti. Hec autem lacrimis rigauit pedes meos: et capillis suis tersit. Osculum michi non dedisti : hec autem exquo intrauit non cessauit osculari pedes meos. Oleo capud meum non unxisti: hec autem unguento unxit pedes

876

meos. Propter quod dico remittuntur ei peccata m quoniam dilexit multum. autem minus dimittitur: m diligit. Dixit autem ad il ihesus. Remittuntur tibi cata multa. Et 'ceperunt dam qui simul discumbeba dicere intra se. Quis est hic eciam peccata dimittit? Dautem ad mulierem. Fides te saluam fecit: uade in pac

Offertorium.

L'Ilie regum.

Secretum.

S Alutaris hostie munus diu sacrandum misteriis be maria magdalene patrocina nostrorum quesumus don exurat rubiginem peccatorun illius compunccionis graciam pietatis opera consequi memur. Per.

Communio.

DIffusa est.

Postcommunio.

PRebeat nobis domine si tarem beate marie magdal imitacio sancta doctrinam. Qui tinus per huius gloriosissimi e poris et sanguinis tui uirtui illius optime partis mereat esse consortes que non aufere ab ea. Qui uiuis.

Eodem die sancti wandrages confessoris officium.

S iusti.

Oracio.

DEus qui hodiernam di sacratissimam nobis in b

wandregesili confessoris tui atque abbatis sollempnitatem tribuisti: adesto ecclesie tue precibus ut cuius gloriatur meritis muniatur suffragiis. Per.

Epistola.

T Ustus cor.

<u>~``</u>

Gradale.

Omine preuenisti. Alleluya.

V. Iustus germinabit.

Euangelium.

T Emo lucernam.

Offertorium.
TEritas mea.

Secretum.

I N sancti wandragesili confessoris tui domine sollempnitate nos hec oblacio pietati tue reddat acceptos. ut sicut illum beata retribucio ita nos gracie tue comitetur commiseracio.

Communio.

[Idelis.

Postcommunio.

BEati wandregesili confessoris tui domine quesumus deprecacione nos adiuua in cuius ueneracione tua con-/ [fo. 256. tingimus sacramenta. Per.

In natali sancti appollinaris martiris officium.

C Acerdotes dei.

Oracio.

CLemenciam tuam quesumus omnipotens deus ut intercedente pro nobis beato appollinare martire tuo atque pontifice. 878

ueniam omnium consequi mereamur peccaminum. et uitam capere ualeamus eternam. Per.

Epistola.

Doctrinis uariis. Require in communi unius martiris.

Gradale.

E Cce sacerdos. Alleluya. 7.

Euangelium.

Ircuibat ihesus.

Offertorium.

T | Eritas.

Secretum.

H Ostiam nostram quesumus domine sancti appollinaris martiris tui et ueneranda ¹confessio et exaudibilis¹ commendet oracio. Per.

Communio.

Emel iuraui.

Postcommunio.

Sumentes domine pignus redempcionis eterne, quesumus: ut intercedente beato appollinare martire tuo, uite presentis auxilio nos foueat et eterne. Per

In natali sancte cristine uirginis et martiris officium.

Oquebar de.

Oracio.

SAncte Cristine uirginis et martiris tue domine suffragia, ad eterne sollempnitatis nos perducant gaudia. Pen

879 Epistola.

Omine deus.

Gradale.

S Pecie tua. Alleluya. V. Diffusa est.

Euangelium.

 $S_{decem.}^{Imile}$ est regnum celorum

Offertorium.

Fferentur.

Secretum.

BEate Cristine uirginis. et martiris tue meritis que tibi facta est dilecta. hec tuis sint oculis munera accepta. Per.

> Communio. Uinque prudentes.

> > Postcommunio.

TEnerande cene sacramentorum domine participes effecti te imploramus. ut sancte cristine uirginis et martiris tue interuentu reatus noster multiplex consequatur ueniam. et fides coronam.

Eodem die uigilia sancti Iacobi officium.

🖵 Go autem.

Oracio. Jesumus omnipotens.

Epistola. REatus homo qui inuenit.

Gradale.

Ustus ut palma. Si dominica I fuerit. Alleluya. V. Gloria et ነonore.

Ewangelium.

I manseritis.

Offertorium.

Loria et honore.

Communio.

POsuisti.

Quere omnia in communi in uigilia unius apostoli.

In die sancti Iacobi apostoli. Officium.

M Ichi autem.

Oracio.

E Sto domine plebi tue sanctificator et custos: et beati apostoli tui iacobi munita presidiis et conuersacione tibi placeat et secura deseruiat. Per.

Epistola.

Am non estis.

Gradale.

I N omnem terram. Alleluya. Y Non uos.

Secundum matheum.

I N illo tempore: Accessit ac ihesum mater filiorum zebede cum filiis suis: adorans et petens aliquid ab eo. dixit ei. Quid uis? Ait illi Dic ut sedeant hii duo/ filii mei: unus ad dex- [fo. 256. b. teram tuam et alius ad sinistram regno tuo. Respondens autem ihesus dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem

882

um bibetis: sedere autem ad cteram meam uel ad sinism non est meum dare uobis. quibus paratum est a patre o.

Offertorium.

Ichi autem.

Secretum.

Blaciones populi tui quesumus domine beati iacobi istoli tui passio beata conet: ut que nostris non accepta t meritis. fiant tibi placita s deprecacione. Per.

Communio.
Os qui secuti.

Postcommunio.

Eati iacobi apostoli tui cuius hodie festiuitate corpore et guine tuo nos refecisti quesus domine intercessione nos uua, pro cuius sollempnitate cepimus tua sancta letantes, iator mundi. Qui uiuis et nas cum deo patre. In.

Eodem die sancti christofori et cucufatis officium.

Alus autem.

Oracio.

Eus per quem fides ignem non sentit. et infidelitas sine e exuritur. qui beatis martirituis christoforo et cucufati cti spiritus flamma succensis. erare tribuisti suorum incentormentorum: concede procius¹ per eorum intercessem. ut nos famulos tuos non rat flamma uiciorum. set dileccionis tue amor nostrorum excoquat rubiginem peccatorum. Per.

R Espondens unus.

Gradale.

Ustorum anime. Alleluya. V.
Exultent iusti.

Ponite in cordibus.

Offertorium.

E Xultabunt.

Secretum.

A Ccepta sit in conspectu tuo domine nostra deuocio. et eorum nobis fiat supplicacione salutaris pro quorum sollempnitate defertur. Per.

Communio.

Ustorum anime.

Postcommunio.

PErceptis domine muneribus gracias exhibentes quesumus: ut beati martires tui christoforus et cucufas sint pro nobis intercessores perpetui. Per.

In natali sanctorum septem dormiencium. Officium.

M Ulte tribulaciones.

Oracio.

DEus qui ecclesiam tuam annua sanctorum tuorum maximiani malchi et marciani sociorumque eorum festiuitate letificas: concede propicius: ut sicut in illorum dormicione. te mirabilem te¹ predicantes tua magnalia temporali celebramus

¹ Struck through with black line.

officio. sic in celesti regione eorum perpetuo mereamur adunari/consorcio. Per. [fo. 257.

Epistola.

R Ememoramini.

Gradale.

E Cce quam bonum. Alleluya.

Euangelium.

CUm persequentur.

Offertorium.

CLoriabuntur.

Secretum.

DEus in quo est omnium iustorum requies et pax certa sanctorum: tribuas nobis pacificas hostias tibi digne offerre ut perfeccionem pacis qua tui sancti iam fruuntur in celis. nos iugiter meditemur in terris. Per.

Communio.

DIco autem.

Postcommunio.

SAnctorum tuorum uictorias domine recolentessacramenta ueneranda percepimus prestent nobis quesumus eorum meritis indulgenciam. in quorum dormicione tuam admiramur magnificenciam. Per.

In natali sancti Pantaleonis officium.

T Etabitur iustus.

Oracio.

E Cclesia tua quesumus domine que pia celebritate ad beati pantaleonis martiris tui 884

concurrit sollempnia: a cuncti liberari aduersis mereatur. et al eiusdem perueniat martiris socie tatem quam precatur. Per.

Epistola.

T Ustus si morte.

Gradale.

I Ustus ut. palma. Alleluya. J. Beatus uir qui timet.

Euangelium.

Ichil opertum.

Offertorium.

N uirtute tua.

Secretum.

HEc domine altari tuo munera imposita ipse benedic et sus cipe. ut intercessione beati pan taleonis martiris tui. nobis ac fructum proficiant salutis. Per.

Communio.

M Agna est.

Postcommunio.

Uos supernis domine refecist alimentis. hos sempitemis quesumus reple incrementis: e interuentu sancti pantaleonis sydereis adiunge collegiis. Per

Eodem die sancti sampsonis episcopi et confessoris oracio.

DEus qui nos hanc diem in honore sanctisampsonisconfessoris tui atque pontificis uenerabilem excolere fecisti presta quesumus: ut quem letis ueneramur obsequiis eius oracionibus muniamur et precibus Per

Secretum.

H Ostias nostras quesumus domine sanctus sampson pontifex nomini tuo reddat acceptas qui ad eas tibi digne complacuit offerendas. Per.

Postcommunio.

L'eti domine sumpsimus sacramenta celestia que nobis intercedente beato sampsone confessore tuo atque pontifice uberius confidimus profutura. Per.

Sanctorum martirum felicis simplicii faustini et beatricis. Officium.

Alus autem.

Oracio./ [fo. 257. b.

PResta quesumus domine ut sicut populus christianus martirum tuorum felicis simplicii faustini et beatricis temporali sollempnitate congaudet: ita perfruatur eterna. et quod uotis celebrat. comprehendat effectu. Per.

Epistola.

R Eddet deus.

Gradale.

I Ustorum anime. Alleluya. V. Exultent iusti.

Euangelium.

Um audieritis.

Offertorium.

Xultabunt.

Secretum.

H Ostias tibi domine pro sanc-

886

felicis. simplicii. faustini. et beatricis honore deferimus. suppliciter obsecrantes. ut et indulgenciam nobis comferant et salutem. Per.

Communio.

Ustorum anime.

Postcommunio.

PResta quesumus omnipotens deus ut sanctorum tuorum felicis. simplicii. faustini. et beatricis. celestibus misteriis celebrata sollempnitas. indulgenciam nobis tue propiciacionis adquirat. Per.

In natali sanctorum martirum abdon et sennen. Officium.

Ntret in conspectu tuo.

Oracio.

DEus qui sanctis martiribus tuis abdon et sennen ad hanc gloriam ueniendi copiosum munus gracie contulisti: da famulis tuis suorum ueniam peccatorum ut sanctorum tuorum intercedentibus meritis ab omnibus mereantur aduersitatibus liberari. Per.

Epistola.

REnedictus deus.

Gradale.

GLoriosus deus. Alleluya. V. Gaudete.

Euangelium.

A Ttendite a fermento.

Offertorium.

888

Secretum.

Requentata misteria domine pro sanctorum martirum tuorum abdon et sennen ueneracione deuota mente tractamus. quibus et presidium nobis crescat et gaudium. Per.

Communio.

POsuerunt.

Postcommunio.

Sumat domine plebs fidelis celestis dona remedii. per que intercedentibus sanctis martiribus tuis. a suis emundetur delictis. Per.

In natali sancti germani episcopi et confessoris. Officium.

STatuit ei.

Oracio.

EXaudi nos deus salutaris noster. et quia nostre uoces non merentur audiri. sancti germani confessoris tui atque pontificis interuencio quesumus sit accepta pro nobis. Per.

Epistola.

Mnis pontifex.

Gradale.

I Urauit. Alleluya. 🌹. Inueni

Euangelium.

Offertorium.

T T Eritas mea et.

Secretum.

SAcrificium tibi domine pro sancti Germani confessoris tui atque pontificis celebritate offerentes quesumus. ut propiciacionem quam nostris operibus non meremur/pii suffragator-[fo. 258, is intercessionibus assequamur, Per.

Communio.

REatus seruus.

Postcommunio.

Repleti quesumus domine substancia celesti sancti Germani confessoris tui et episcopi nos intercessio tueatur ut cuius sollempnia celebramus senciamus optata presidia. Per.

Eodem die sancti neoti confessoris. Oracio.

Mnipotens sempiterne deus tuorum lumen sanctorum adesto piis ecclesie tue precibus. et beati confessoris tui neoti ubique proteccione conserua: ut cuius merita recolimus. intercessione suffulti. ad superna gaudia te adiuuante peruenire ualeamus. Per.

Secretum.

Serena pietate intende oblata quesumus omnipotens deus libamina, et optentu beatissimi Neoti confessoris tui atque abbatis presenti familie tue ad prosperitatem uite future affore concede. Per.

Postcommunio.

SUbiecte familie quesumus omnipotens deus proficiat hostia iubilacionis et laudis: et

1 written over erasure.

890

u sancti Neoti confesatque abbatis. perpetue i nostre salutis. Per.

icula sancti Petri officium.

Oracio.

qui beatum petrum tolum a uinculis absoesum abire fecisti: nosquesumus absolue uincatorum. et omnia mala ropiciatus exclude. Per.

us illis: Egressus petrus reere, uenit ad domum atris iohannis qui cogus est marcus: ubi erant ongregati et orantes, autem eo ostium ianue: puella ad uidendum rode. Et ut cognouit petri, pre gaudio non ianuam: set introcurriauit petrum stare ante At illi dixerunt ad eam.

Illa autem affirmase habere. Illi autem
Angelus eius est.
utem perseuerabat pullum autem aperuissent
uiderunt eum et obnt. Annuens autem eis
t tacerent: enarrauit
dominus eduxisset eum
e. Dixitque. Nunciate
et fratribus hec. Et
: abiit in alium locum./

[fo. 258. b.

Gradale.

ues eos. Alleluya. V. s pastor ouium princeps ım tibi tradite sunt claues rum. Sequencia.

N Unc luce alma splendescit per orbem hec dies ecce gloriosa. Alleluya. Almi recolamus petri uoce celsa. Gratanter modulos accomodet in qua. Uincentis amorem ob supernum crucis sacre tropheo. Meritum gloriamque perlatam in celesti gloria. Pio corde fraterna iubiletque tuba. Qui a christo ligandi soluendique dona. Accipiens clauiger effectus nostra resoluens uincula. Subleuando etheris sedibus potestate nos tradita. Iungat cetui sancto culmine in poli paradisique amenia. Ubi adorat ordo te christe psallendo armonica uoce cantica. Noua sanctorum resonancium laude angelicus melica. Consupernam magestatem tuam poscentes humiliter almam. Cui dignos1 cum illis resonemus una rithmica in excelsis carmina. Celestique in gloria trinum atque unum iugiter ueneremur in arua. Celsa potestas angelica. Ouans te laudat in gloria. Uirtutes celi te glorificent per astra. Qui patris sedes ad dexteram. Nostra exaudi angelorum. Et famulorum iungens uoces precamina. Tuorum uocibus ut caterua. Glorificet semper te et nostra. Regnantem iure cum sanctis ineternum.

Euangelium.

I | Enit ihesus in partes.

Offertorium.

Onstitues.

Secretum.

Offerimus tibi domine munus placabile precantes ut sicut beato petro apostolo in uinculis constanciam, ita nobis gracia tua operetur indulgenciam. Per.

1 Sic.

Communio.

TU es petrus.

Postcommunio.

Iuini muneris percepcio quesumus domine beato petro apostolo tuo intercedente: semper a nobis peccatorum nostrorum uincula summoueat. et pericula cuncta depellat. Per.

Eodem die sanctorum machabeorum. Oracio.

FRaterna nos domine martirum tuorum corona letificet: que et fidei nostre prebeat incrementa uirtutum. et multiplici nos suffragio consoletur. Per.

Secretum.

REspice domine oblaciones fidelium. ut tibi grate sint in tuorum passione sanctorum qui germano amore te diligentes sua corpora martirio tradiderunt. Per.

Postcommunio.

R Efecti domine gracie tue uitalibus alimentis supplices exoramus. ut quorum celebramus uictorias. participemur et premiis. Per.

Sancti Ethelwoldi episcopi oracio. DEus qui beatum ethelwoldum pontificem sanctorum tuorum meritis equalem gloriosis/ostendis miraculis: presta [fo. 259. quesumus: ut quem nobis in terra donasti doctorem in celo facias habere intercessorem. Per.

Secretum.

Blata seruitutis nostre munera tibi domine quesumus beati ethelwoldi episcopi oracio

892

reddat accepta. ut eius pia supplicacione et cunctorum remissionem peccaminum et beatitudinis sempiterne mereamur optinere gaudium. Per.

Postcommunio.

Regem tuum quesumus do-I mine sanctiethelwoldi pia intercessione guberna: ut in cuius ueneracione spiritualis cibi dulcedine pascimur eius interuencione. et ab omni perturbacione eruamur et eternis gaudiis inseramur. Per.

In natali sancti stephani¹ martiris. Officium.

Acerdotes dei.

Oracio.

Eus qui nos beati stephani martiris tui atque pontificis annua sollempnitate letificas: concede propicius: ut cuius natalicia colimus de eiusdem eciam proteccione gaudeamus.

Epistola. REnedicentes dominum.

Gradale.

Cce sacerdos. Alleluya. y. In-ueni dauid.

Euangelium. Omo quidam nobilis.

Offertorium.

| Eritas mea.

Secretum.

J Ostias nostras quesumus dof 1 mine tibi redar dat acceptas intercessio² sancti stephani martiris tui atque pontificis, qui eas tibi digne offerendo complacuit. Per.

- 1 Rest of line erased. Possibly pape et.
- 2 e added with mark of deletion.

Communio.

Omine quinque.

Postcommunio.

SUmentes domine diuina misteria quesumus: ut beati stephani martiris tui et episcopi intercessione eterne nobis prebeant incrementa leticie. Per.

Infra octauas sancti Petri per totam ebdomadam officium.

Unc scio uere.

Oracio. Eus qui beatum.

Epistola.

Gressus petrus.

Gradale.

N Imis honorati. Alleluya. V.
Tu es symon bariona quia caro
et sanguis non reuelauit uerbum patris set ipse pater qui est in celis. Alleluya. V. Beatus es symon bariona
quia caro et sanguis non reuelauit
tibi set pater meus qui est in celis.
Alleluya. V. Tu es petrus et super
hanc petram edificabo ecclesiam
meam. Alleluya. V. Tu es pastor.

Euangelium.
TEnit ihesus.

Offertorium.

M Ichi autem.

Offertorium,

N omnem terram.

Communio.
U es petrus.

In invencione sancti stephani sociorumque eius officium.

Ntret in conspectu.

894

Oracio.

DEus qui es sanctorum tuorum splendor mirabilis qui hodierna die beati stephani prothomartiris ut¹ sanctorum. Nichodemi gamalielis atque abibon gloriosam inuencionem reuelasti: da nobis quesumus. in eterna leticia. et de eorum societate gaudere. Per.

Epistola.

Xpectacio iustorum./

[fo. 259. b.

Gradale.

GLoriosus deus. Alleluya. V. Uox exultacionis.

Euangelium.

[Dixit ihesus turbis.]

Offertorium.

E Xultabunt sancti.

Secretum.

T Ustorum anime.

Postcommunio.

E Pularum tuarum alimento saginati te humiliter rogamus domine deus noster: ut beati martiris tui stephani nichodemi gamalielis atque abibon meritis ubique nos adiuues, quorum hodie reuelacionis sollempnia celebramus. Per.

1 Sic. for tui.

896

In natali sancti Oswaldi regis et martiris officium.

T Etabitur.

Oracio.

Omnipotens sempiterne deus qui huius diei iocundam sanctamque leticiam in sancti martiris tui oswaldi passione consecrasti. da cordibus nostris tui timoris caritatisque augmentum. ut cuius in terris sancti sanguinis effusionem celebramus. illius in celo patrocinia senciamus. Per.

Epistola.

T Ustus si morte.

Gradale.

BEatus uir. Alleluya. V. Posu-

Euangelium.

SIquis uenit.

Offertorium.

CLoria et honore coronasti.

Secretum.

M Unera domine que in sancti oswaldi commemoracione tue magestati offerimus. benigne assume. Per.

Communio.

POsuisti.

Postcommunio.

PResta quesumus omnipotens deus. ut quod nostra consciencia non presumit: eius qui tibi feliciter seruiuit interueniente auxilio consequi mereamur. Per. In natali sanctorum martirum sixti felicissimi et Agapiti officium.

C Alus autem.

Oracio.

DEus qui nos concedis sanctorum martirum tuorum Sixti felicissimi et agapiti natalicia colere. da nobis in eterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per.

Epistola.

I Usti imperpetuum.

Gradale.

U Indica domine. Alleluya. V.

Euuangelium.

CUm audieritis.

Offertorium.

CLoriabuntur.

Secretum.

M Unera tue domine magestati oblata sanctorum martirum tuorum sixti felicissimi et agapiti quesumus interuentu nobis ad salutem proficere senciamus eternam. Per.

Communio.

A Nima nostra.

Postcommunio.

BEatorum martirum tuorum domine intercessione placatus presta quesumus: ut misteria sancta que temporali celebramus accione. perpetua saluacione capiamus. Per.

898

tiris officium. [fo. 260.

Oracio.

Eus qui es tuorum gloria sacerdotum presta quesuut sancti martiris atque ificis donati, cuius festa ramus, senciamus auxilium.

Epistola.

Ine gaudium.

Gradale.

ce sacerdos. Alleluya. y. In-

Euuangelium.

Offertorium.

Secretum.

esta quesumus domine ut recibus sancti martiris tui iscopi donati quem ad launominis tui dicatis munerinonoramus, pie nobis deuos fructus accrescat. Per.

Communio.

atus seruus.

Postcommunio.

Unipotens et misericors deus qui nos sacramentorum im et participes efficis et stros: presta quesumus ut cedente sancto tuo donato. m proficiamus et fidei cono. et digno seruicio. Per. M. WESTM.

In octaua sancti petri officium et cetera preter Gradale et offertorium sicut in die.

Gradale.

IN omnem terram.

Offertorium.

M Ichi autem.

Eodem die sancti Cyriaci martiris sociorumque eius. Officium.

TImete dominum.

Oracio.

DEus qui nos annua beati Cyriaci martiris tui sociorumque eius sollempnitate letificas. concede propicius. ut quorum natalicia colimus. uirtutem quoque passionis imitemur.

Epistola.

M Etuentes dominum.

Gradale.

TImete dominum. Alleluya. V. Iusti epulentur.

Euuangelium.

I Idens turbas.

Offertorium.

Etamini in domino.

Secretum.

PRo sanctorum tuorum Cyriaci sociorumque eius martirio uenerando hostias tibi domine immolamus tua mirabilia protractantes, per que talis est perfecta uictoria. Per.

SIgna eos.

Postcommunio.

Communio.

SAnctorum martirum tuorum precibus confidentes quesumus domine: ut per ea que sumpsimus, eterna remedia capiamus, Per.

In natali sancti Romani martiris. Officium,

IN uirtute tua domine.

Oracio.

Omnipotens sempiterne deus tua nobis quesumus indulgencie dona largire ut quos gloriosissimi martiris tui romani festiuitate iocundos efficis: continua ueneracione ipsius ad te semper subleuemur patrocinio suffragante. Per.

Epistola.

Ominus michi astitit.

Gradale.

GLoria et honore. Alleluya. V. Iustus ut palma.

Euuangelium.

OUi amat.

Offertorium.

N uirtute.

Secretum.

OBlata nostra domine semper oculis tue magestatis intende: et intercessio beati romani martiris tui opem tuam nobis/semper adquirat. Per. [fo. 260. b.

900

Communio.

M Agna est.

Postcommunio.

BEati romani martiris tui quesumus domine intercessione hec communio nos expurget a crimine: et tuo auxilio defendat. Per.

Eodem die uigilia sancti laurencii ad magnam missam,

Officium.

Dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in seculum seculi cornu eius exaltabitur in gloria. Ps. Beatus uir qui timet.

Oracio.

A Desto domine supplicacionibus nostris, et intercessione beati laurencii martiris tui perpetuam nobis misericordiam benignus impende. Per.

Leccio libri sapiencie.¹
Confitebor tibi domine rex, et collaudabo te deum, loco quo dicitur. Estuata. dicatur. Estuatus. queratur in communi unius uirginis.

Gradale.

Dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in seculum seculi. V. Potens in terra erit semen eius generacio rectorum benedicetur. Si dominica fuerit. Alleluya. V. Letabitur iustus.

Euuangelium.

SIquis uult.

Offertorium.

Racio mea munda est et ideo peto ut detur locus uoci mee in

1 [Ecclesiastic, li. 1-13,

902

bi est iudex meus et conin excelsis ascendat ad eprecacio mea,

Secretum.

placabiles tibi quesudomine nostre sint into sancti martiris tui pro cuius sollempnitate r tibi grata sunt merita.

Communio, uenire.

ostcommunio.

domine salutis nostre entis quesumus: ut ssionem beati laurentui. et ueniam nobis et pacem. Per.

die. Officium.

et pulcritudo in coneius sanctitas et magnifinctificacione eius. Ps.

Oracio.

is quesumus omnipodeus uiciorum nosnmas extinguere : qui encio tribuisti tormenrum incendia superare.

d corintheos.

et metet. Et qui sebenediccionibus: de nibus et metet. Unusout destinauit in corde ex tristicia aut necessilarem enim datorem: s. Potens est autem m graciam habundare nobis: ut in omnibus semper omnem sufficienciam habentes habundetis in omne opus bonum sicut scriptum est. Dispersit dedit pauperibus: iusticia eius manet in seculum seculi./ Qui autem administrat [fo. 261. semen seminanti: et panem ad manducandum prestabit. Et multiplicabit semen uestrum: et augebit incrementa frugum iusticie uestre.

Gradale.

PRobasti domine cor meum et uisitasti nocte. V. Igne examinasti et non est inuenta in me iniquitas. Alleluya. V. Leuita laurencius bonum opus operatus est. qui per signum crucis cecos illuminauit et thesauros ecclesie dedit pauperibus.

Sequencia.

CTola iocunditatis alleluya. Induit hodie dominus militem suum laurencium. Solito plaudat alacrius concio leta fidelium. Hodie martir insignis hostiam deo placentem optulit. Hodie tormentum ignis grauiter examinatus pertulit. Animatus ad certamen monitu beati Grauissimis non refugit exhibere membra penis. Ante regem accersitur et de rebus conuenitur occultis ecclesie. Sed non cedit blandimentis emollitus aut tormentis eius auaricie. Luditur ualerianus et leuite larga manus dum petit inducias. Dat ministra caritatis pauperibus congregatis facultatum copias. Furit igitur prefectus et paratur ardens lectus insultantis uiscera crates urit aspera. Sudat martir in agone spe mercedis et corone que datur fidelibus pro christo certantibus. De cuius milicia celi gaudet curia. Quia uicit hodie ministros nequicie. Ut hunc ergo per patro-

num consequamur uite donum. In illius die festo chorus noster letus esto. Iocundum in ecclesia decantans alleluya.

Euuangelium.

A Men amen dico uobis nisi granum.

Offertorium.

Onfessio et pulcritudo in con-- spectu eius sanctitas et magnificencia in sanctificacione eius.

Secretum.

T tuis domine misteriis digni reddamur illa quesumus ueritas nos illuminet semper et foueat. que in beati laurencii martiris tui corde flammam sue confessionis accendit ihesus christus dominus noster.

Communio.

Ui michi ministrat.

Postcommunio.

SAcro munere saciati supplices te domine deprecamur. ut quod debite seruitutis celebramus officio. intercedente beato laurencio martire tuo. saluacionis tue senciamus augmentum. Per.

In natali sancti Taurini episcopi et confessoris. Officium.

CTatuit ei dominus.

Oracio.

Mnipotens sempiterne deus magestatem tuam suppliciter exoramus: ut intercessione beati taurini confessoris tui atque pontificis cuius hodie annuam festiuitatem recolimus cum tem904

poralibus/incrementis [fo. 2] eterne prosperitatis capia augmentum. Per.

Epistola.

Cce sacerdos.

Gradale.

Nueni dauid. Alleluya. V.

Euuangelium.

I Igilate quia.

Offertorium. Nueni dauid.

Secretum.

J Ostias domine plebis H intende propicius. in ho sancti Taurini confessoris atque pontificis tibi offerimi eas quesumus illo interced benediccione spirituali sa fica. Per.

Communio.

L'Idelis seruus.

Postcommunio.

Iuina libantes misteria in honore sancti confes tui taurini atque pontificis optulimus magestati. presta sumus domine, ut per ea uer mereamur delictorum : et cel gracie donis reficiamur.

Eodem die sancti Tyburciim tiris officium.

Ustus ut palma.

Oracio.

BEti¹ Tyburcii martiris tui domine foueant contin presidia quia non desinis pi

1 sic : for Beati.

cius intueri quos talibus auxiliis concesseris adiuuari. Per.

Epistola.

TEmo militans.

Gradale.

Domine preuenisti. Alleluya. V. Iustus ut palma florebit. sicut cedrus libani multiplicabitur.

Euuangelium.

Ichil opertum.

Offertorium.

Secretum.

Rata tibi sint domine hec J sacrificia que in sancti Tyburcii martiris tui passione deferuntur cuius intercessione quesumus salutaria nobis efficiantur.

Communio.

A Men dico.

Postcommunio.

SUmpsimus domine pignus redempcionis eterne. sit nobis quesumus interueniente beato tyburcio martire tuo uite presentis auxilium pariter et future. Per.

In natali sancti ypoliti martiris sociorumque eius officium.

TUsti epulentur.

Oracio.

A nobis quesumus omnipotens deus: ut beati ypoliti martiris tui sociorumque eius ueneranda sollempnitas et deuocionem nobis augeat et salutem. Per.

906

Epistola.

Ustorum anime.

Gradale.

Lamauerunt. Alleluya. V. Confitebuntur.

Euuangelium.

A Ttendite a fermento.

Offertorium.

A Nima nostra.

Secretum.

Espice quesumus domine munera populi tui sanctorum martirum tuorum honore oblata: et tu¹ testificacio ueritatis nobis proficiat ad salutem. Per.

Communio.

Ico autem.

Postcommunio.

Uesumus omnipotens deus ut interuenientibus sanctis martiribus tuis, et tua in nobis dona multiplices et misericorditer largita conserues. Per.

Infra octavas sancti laurencii. Officium.

Onfessio.

A nobis.

Epistola.

Ui parce.

Gradale.

BEatus uir. Alleluya. V. Leuita Laurencius./ [fo. 262.

1 sic: for tue.

Euuangelium.

Isi granum.

Offertorium.

Loria et honore.

Communio.

POsuisti.

In natali sancti eusebii confessoris. Officium.

S iusti.

Oracio.

Eus qui nos beati eusebii confessoris tui annua sollempnitate letificas: concede propicius: ut cuius natalicia colimus: per eius ad te exempla gradiamur.

Epistola.

T Ustus cor suum.

Gradale.

S iusti. Alleluya. V. Disposui.

Ewangelium.

TEmo lucernam.

Offertorium.

Esiderium.

Secretum.

CAncti eusebii confessoris tui interuentu domine tibi seruitus nostra complaceat. et oblacio presencium munerum, fiat presidium omnium nostrorum. Per.

Communio.

REatus seruus.

908

Postcommunio.

Eti domine sumpsimus sa Cramenta celestia que nobi intercedente beato eusebio con fessore tuo. uberius senciama profutura. Per.

In uigilia assumpcionis beau marie. Officium.

C Alue sancta parens enixa pue pera regem qui celum terma que regit in secula seculorum. Pi Que gaudium matris habens. P Quia concipiuit rex speciem tuam

In ista uigilia non dicetu Gloria in excelsis. nisi in domini contigerit celebrari.

Oracio.

DEus qui uirginalem aula beate marie in qua habitan eligere dignatus es. da ques mus: ut sua nos defension munitos iocundos faciat su interesse festiuitati. Qui uiuis

Leccio libri sapiencie.º

Binicio et ante secula creat A sum. et usque ad futurui seculum non desinam et in habi acione sancta coram ipso minis traui. Et sic in syon firmat sum: et in ciuitate sanctificat similiter requieui. et in iheru salem potestas mea. Et rad caui in populo honorificato et i partes dei mei hereditas illiu Et in plenitudine sanctorur detencio mea.

Gradale.

Enedicta et uenerabilis es uirg Benedicia et de la pudori inuenta es mater saluatoris. 🎙 Uirgo dei genitrix quem totus no

¹ sic. ² [Ecclesiastici xxiv. 14-17.]

orbis in tua se clausit uiscera

i in dominica euenerit. Alle-V. Per te dei genitrix nobis uita perdita data. que de celo episti prolem et mundo genuisti ttorem.

Secundum lucam.

illo tempore: Factum est um loqueretur ihesus ad turextollens uocem quedam ier de turba dixit illi. Beauenter qui te portauit: et ra que suxisti. At ipse t. Quinnimo: beati qui auduerbum dei: et custodiunt l.

Offertorium.

Elix namque es sacra uirgo maria et omni laude dignissima ex te/ ortus est sol [fo. 262. b. cie christus deus noster.

Secretum.

Unera nostra domine apud clemenciam tuam dei itricis commendet oracio. m iccirco de presenti seculo stulisti. ut pro peccatis nosapud te fiducialiter interce-Per.

Communio.

Eata uiscera marie uirginis que portauerunt eterni patris filium.

Postcommunio.

Oncede misericors deus per tanti misterii dulcedinem fraati nostre presidium: ut qui te dei genitricis et uirginis iem celebramus. intercesis eius auxilio a nostris iniatibus resurgamus. Per eun-

In die. Officium.

GAudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore marie uirginis, de cuius assumpcione gaudent angeli, et collaudant filium dei. Ps. Hodie maria uirgo celos ascendit, gaudete quia cum ipso regnat. V. Gloria patri.

Oracio.

U Eneranda nobis domine huius diei festiuitas opem conferat sempiternam: in qua sancta dei genitrix mortem subiit temporalem: nec tamen mortis nexibus deprimi potuit: que filium tuum dominum nostrum de se genuit incarnatum. Qui tecum.

Leccio libri sapiencie.3

E Gredimini et uidete filie syon regem salamonen in dyademate: quo coronauit eum mater sua in die desponsionis1 et in die leticie cordis eius. Quam pulcra es amica mea quam pulchra es et decora. oculi tui columbarum absque eo quod intrinsecus latet. Tota pulcra es amica mea. et macula non est in te. Ueni de libano sponsa mea: ueni de libano ueni. Quam pulchre sunt mamme tue: soror mea sponsa. Pulcriora sunt ubera tua uino: et odor unguentorum tuorum super omnia aromata. distillans labia tua sponsa: mel et lac sub lingua tua. et odor uestimentorum tuorum sicit odor thuris. Ortus conclusus soror mea sponsa: ortus conclusus fons signatus. Emissiones tue paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo, nardus et crocus.

1 sic. 2 [Cant. Cant. iii. &c.]

phistula et cynamomum cum uniuersis lignis libani myrra et aloe cum omnibus primis unguentis. Fons ortorum: puteus aquarum uiuencium que fluunt impetude libano. Una est columba mea: perfecta mea./ [fo. 263. Una est matris sue: electa genitricis sue. Uiderunt illam filie syon: et beatissimam predicauerunt regine et concubine laudauerunt eam. Que est ista que progreditur quasi aurora consurgens. Pulcra ut luna electa ut sol: terribilis, ut castrorum acies ordinata.

Gradale.

PRopter ueritatem et mansuetudinem et iusticiam, et deducet te mirabiliter dextera tua. V. Audi filia et inclina aurem tuam, quia concupiuit rex speciem tuam. Alleluya. V. Hodie maria uirgo celos ascendit. gaudete quia cum christo regnat ineternum. Alleluya. V. Assumpta est maria in celum gaudent angeli et collaudantes benedicunt dominum.

Sequencia.

A Rea uirga prime matris eue florens rosa processit maria. Oritur ut lucifer inter astra etherea perpulcra ut luna. Fragrascit ultra omnia balsama pigmenta et thymiamata. Purpurea ut uiola rosida. ut rosa candens ut lilia. Patris summi quam elegit proles deica ut assumeret carnem sacrosanctam ex uirginis carne incorrupta. Celsus nunciat gabriel noua gaudia eterni regis exortum in terra matremque eius ita salutat. Aue maria domini mei mater alma celica plena gracia. Tu benedicta regem in secula paries effecta orbis regna.1 Fecunda ergo inquid quomodo esse queam cum uirum non cognoscam exquo sum

1 sic. for regina.

nata et semper permansi uirgo pudica. Ne timeas respondit angelus sanctum neupma descendet in te castam quo fecundata paries deum et hominem una. O uere sancta atque amanda ex qua est orta redempcio nostra salus quoque mundi uera que uita. O dei nostri genitrix pia suscipe nostra hac die precata in qua es assumpta ad celi claustra. Tu es enim patri cara tu es ihesu mater bona tu sancti spiritus es templum facta. Tu es pulchra dei sponsa tu regem christum enixa. domina es in celo et in terra. Hodie namque curie celestis tibi obuiam agmina te assumpserunt ad palacia Ihesus et ipse festiuus tibi matri cum angelis occurrens sede paterna secum locauit in secla. Iam cum deo regnas, nostra excusa clemens mala poscens cuncta bona o benigna. Mediatrix nostra que es post deum spes sola tuo filio nos representa. Ut in poli aula leti iubilemus alleluya.

Secundum Lucam.

I N illo tempore: Intrauit ihesus in quoddam castellum: et mulier quedam martha nomine excepit illum in domum suam. Et huic erat soror: nomine maria. Oue eciam sedens secus pedes domini: audiebat uerbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Que stetit et ait. fo. 263. b. Domine: non est tibi cure quod soror mea reliquid me solam ministrare. Dic ergo illi: ut me adiuuet. Et respondens dixit illi dominus. Martha martha sollicita es: et turbaris erga plurima. Porro: unum est necessarium. Maria optimam partem elegit: que non auferetur ab ea.

Offertorium.

DIffusa est gracia in labiis tuis propterea benedixit te deus ineternum et in seculum seculi.

Secretum.

GRata tibi domine munera nostra efficiat dei genitricis oracio. quam et si pro condicione carnis migrasse cognoscimus. in celesti gloria pro nobis apud te orare senciamus. Per.

Prefacio.

T te in assumpcione.

Communio.

DIffusa est gracia in labiis tuis propterea benedixit te deus ineternum.

Postcommunio.

M Ense celestis participes effecti imploramus clemenciam tuam domine deus noster: ut qui festa dei genitricis colimus: a cunctis malis iminentibus eius intercessionibus liberemur. Per eundem.

In octava sancti laurencii ad missam officium.

PRobasti domine.

Oracio.

BEati laurencii nos faciat domine passio ueneranda letantes, et ut eam sufficienter recolamus, efficiat prompciores.

Epistola.

REatus uir qui inuentus.

Gradale.

I Ustus ut palma. Alleluya. V. Leuita uincencius.¹

1 sic.

914

Euuangelium.

V Isi granum.

Offertorium.

IN uirtute tua.

Secretum.

BEati laurencii martiris honorabilem passionem muneribus domine geminatis exequimur: que licet propriis sit memoranda principiis. indesinentur tamen permanet gloriosa. Per.

Communio.

OUi nult.

Postcommunio.

S Alutare nobis domine quesumus intercessio beati laurencii martiris tui prestet auxilium. ut celestis mense participacio quam sumpsimus. tribuat ecclesie tue recensita leticiam. Per.

Infra octauas sancte marie officium per totam septimanam.

CAudeamus.

Oracio.

[] Eneranda nobis.

Leccio libri sapiencie.1

In omnibus requiem quesiui: et in hereditate domini morabor. Tunc precepit et dixit michi creator omnium: et qui creauit me requieuit in tabernaculo meo et dixit michi. In iacob inhabita: et in israel hereditare et in electis meis mitte radices. Et sie in syon firmata sum: et in ciuitate sanctificata

^{1 [}Ecclesiast. xxiv. 11-14; 15-21.]

Offertorium

Iffusa est.

Communio.

BEata uiscera.

Communio.

DIffusa est.

In natali sancti agapiti mart officium.

T Etabitur.

Oracio.

L'Etetur ecclesia tua di beati agapiti martiris confisa suffragiis. atque eius p cibus gloriosis et deuota per neat et secura consistat.

Epistola.

BEatus uir qui in sapiencia

Gradale.

BEatus uir qui timet, Alleh V. Posuisti.

Euuangelium.

SIquis uult.

Offertorium.

N uirtute tua.

Secretum.

PRo beati agapiti martiris passione ueneranda hos laudis tibi domine immolar quesumus. ut eius oracion tibi placeant pro cuius me offeruntur. Per.

Communio.

DOsuisti domine.

similiter requieui. et in ierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius. et in ple/nitudine sanctorum [fo. 264. detencio mea. Quasi cedrus exaltata sum in libano: et quasi cypressus in monte syon. Quasi palma exaltata sum in cades. et quasi plantacio rose in iherico. Quasi oliua speciosa in campis: et quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis. Sicut cynamomum et balsamum aromatizans: odorem dedi. Quasi mirra electa: dedi suauitatem odoris.

Gradale.

PRopter. Alleluya. V. Hodie. Alleluya. V. Assumpta.

Secundum Lucam.

N illo tempore: Repleta est spiritu sancto elizabeth et exclamauit uoce magna, et dixit ad mariam. Benedicta tu inter mulieres: et benedictus fructus uentris tui. Et unde hoc michi ut ueniat mater domini mei ad me. Ecce enim ut facta est uox salutacionis tue in auribus meis exultauit in gaudio infans in utero meo. Et beata que credidisti: quoniam perficientur ea que dicta sunt tibi a domino. Et ait maria. Magnificat anima Et exultauit mea dominum. spiritus meus: in deo salutari meo.

Aliud Euuangelium.

CActum est cum loqueretur.

Offertorium.

L'Elix namque.

Postcommunio.

esta quesumus domine ut acramenti tui uirtute per-. digni tanto munere redir intercessione beati Aganartiris tui. Per.

utali sancti magni martiris. Officium.

tus ut palma.

Oracio.

Desto domine supplicacionibus nostris. et intercedente magno martire tuo: ab um nos defendas propiciaicursu. Per.

Epistola.

Emor esto.

Gradale.

suisti domine. Alleluya. V. seatus uir qui suffert.

Euuangelium. Ji amat.

Offertorium.

Secretum.

Blatis tibi domine fidelium tuorum muneribus intende cius. ut et nullius irrita i/lacio. nullius [fo. 264. b. sit uotum gloriosi martiris magni desideratum nobis subsidium. Per.

Communio.

Agna est.

Postcommunio.

Tua sancta sumentes quesumus domine. ut beati magni martiris tui nos foueant continuata presidia. Per.

Dominica infra octauas assumpcionis beate marie omnia fiant sicut in die preter euuangelium quod erit Repleta est spiritu sancto.

In natali sancti philiberti abbatis. Oracio.

Omnipotens sempiterne deus qui anime famuli tui philiberti abbatis atque sacerdotis eterne beatitudinis premia contulisti: da quesumus, ut qui eius sollempnia celebramus in terris, eius meritis adiuuemur in celis. Per.

Secretum.

M Unera nostra quesumus domine propiciatus assume. et ut digne tuis famulemur altaribus. sancti tui nos philiberti abbatis atque sacerdotis intercessione custodi. Per.

Postcommunio.

EXultet quesumus domine populus tuus in sancti tui commemoracione philiberti abbatis atque sacerdotis ut cuius uotiuo letatur officio. releuetur auxilio. Per.

In octaua sancte marie uirginis officium.

Audeamus omnes in.

Oracio.

Concede quesumus omnipotens deus nos ad beate marie semper uirginis gaudia eterna pertingere. de cuius ueneranda assumpcione tribuis annua sollempnitate gaudere. Per.

Epistola.

IN omnibus requiem.

Gradale.

PRopter ueritatem. Alleluya. V. Hodie maria.

Euuangelium.

T Ntrauit ihesus.

Offertorium.

R Ecordare uirgo mater in conspectu dei ut loquaris pro nobis bonum, et ut auertat indignacionem suam a nobis.

Secretum.

A Ccipe quesumus domine munera que in beate marie semper uirginis desiderabili celebritate deferimus: quia ad tua preconia recurrit et laudem: quod talis exorta est et talis assumpta. Per.

Communio.

DIffusa est.

Postcommunio.

Libera nos ab omni malo quesumus domine ihesu christe et per intercessionem et merita genitricis tue gloriosissime uirginis marie fiat nobis sumptum corporis et sanguinis tui sacramentum ad salutem et remissionem omnium peccatorum. Qui uiuis. 920

Eodem die sanctorum martirum tymothei et simphoriani. Officium.

CApienciam.

Oracio.

A Uxilium tuum nobis domine quesumus placatus impende et intercedentibus beatis martiribus tuis Thymotheo/ [fo. 265. et symphoriano dexteram super nos tue propiciacionis extende. Per.

Epistola.

BEnedictus deus.

Gradale.

I Ustorum anime. Alleluya. J. Confitebuntur.

Euuangelium.

Leuatis ihesus.

Offertorium.

E Xultabunt.

Secretum.

A Ccepta tibi sit domine sacrate plebis oblacio, pro tuorum honore sanctorum quorum se meritis percepisse, de tribulacione cognoscat auxilium. Per.

Communio.

Ustorum anime.

Postcommunio.

SAcro munere saciati quesumus omnipotens deus: ut intercedentibus beatis martiribus tuis tymotheo et simphoriano. nos omnes sanctorum tuorum iubeas assisti collegio. Per.

natali sanctorum martirum thei et appollinaris. Offi-

is autem.

Oracio.

us qui nos concedis sancorum martirum tuorum hei et appollinaris natalicia da nobis in eterna beatide eorum societate gau-Per.

Epistola.

taculum facti.

Gradale.

ıltabunt. Alleluya. V. Sancti i.

Euuangelium. ente ihesu.

Offertorium. rabilis deus.

Secretum.

Jnera nostra quesumus domine pro tuorum comracione sanctorum thymot appollinaris sollempniter i propicius suscipe, et pia i intercessione salutem perpetuam prouenire con-Per.

Communio.

) uos.

Postcommunio.

itorum martirum tuorum mothei et appollinaris ie intercessione placatus. de quesumus: ut sacratui ueneranda percepcio. 922

fiat omnium peccatorum nostrorum remissio. Per.

Eodem die uigilia sancti bartholomei. Officium.

Go autem.

Epistola.

BEatus uir qui inuentus.

Gradale.

Ustus ut palma. Si in dominica euenerit. Alleluya. V. Gloria et honore.

Euuangelium.

CI manseritis.

Offertorium.

__Loria et honore.

Communio.

POsuisti.

In die officium.

M Ichi autem.

Oracio.

Mnipotens sempiterne deus qui huius diei uenerandam sanctam que leticiam beati Bartholomei apostoli tui festiuitate tribuisti. da ecclesie tue quesumus. et amare quod credidit. et predicare quod docuit.

Epistola. T Am non estis.

Gradale.

I N omnem terram. Alleluya. V.

Euuangelium.

H Oc est preceptum.

Offertorium.

M Ichi autem.

Secretum.

BEati apostoli tui Bartholomei domine sollempnia celebrantes. tuam clemenciam deprecamur: ut eius auxilio tua/beneficia capiamus. in [fo. 265. b. cuius ueneracione tibi laudis hostiam immolamus. Per.

Prefacio.

ET te suppliciter.

Communio.

I JOs qui secuti.

Postcommunio.

SUmptis domine salutaribus sacramentis pro sollempnitate beati apostoli tui bartholomei supplices deprecamur. ut que predicauit et credamus pariter et sequamur. Per.

In natali sancti audoeni episcopi et confessoris. Officium. C Tatuit.

Oracio.

DEus qui perhennem gloriam sanctissimi audoeni confessoris tui atque pontificis anime contulisti, tribue quesumus, eius nos apud te ita patrociniis sublimari, ut cum eo uitam possideamus eternam. Per,

Epistola.

F Cce sacerdos.

Gradale.

E Cce sacerdos. Alleluya. V. Inueni dauid. 924

Euuangelium.

Offertorium.

T TEritas mea.

Secretum.

OBlata quesumus domine munera fidelis populi meritis beatissimi audoeni confessoris tui tibi reddantur accepta. ut ab omni contagione peccati isdem quibus famulamur misteriis. clementer mundari mereamur. Per.

Communio.

REatus seruus.

Postcommunio.

M Ense celestis participacione uegetati supplices te rogamus omnipotens deus ut sicut de beati audoeni perpetua glorificacione annua celebritate gaudemus, ita ipsius apud te intercessione ab omni mereamur aduersitate defendi. Per.

In natali sancti Genesii martiris officium.

I Ustus non conturbabitur.

Oracio.

BEati martiris tui Genesii domine nos tuere presidiis, ut cuius sollempnitatem annua deuocione recolimus eius intercessione ab omni aduersitate eruamur. Per.

Epistola.

REatus uir qui inuentus.

Gradale.

I Ustus non conturbabitur. Alleluya.

V. Iustus germinabit.

Euuangelium, uis uult.

Offertorium.

Secretum.

scipe domine propicius oraonem nostram cum oblaous hostiarum superimposimartiris tui genesii deprene accepta, et illam que in grauit fortis dileccio aspira nus, ut in tua dileccione anentes, in fide inueniamur es, in moribus concordes, opere efficaces. Per.

Communio.

Postcommunio.

ro munere saciatiquesumus nnipotens deus, ut internte pro nobis beato genesio re tuo, iubeas nos pariter orum tuorum sociari colle-

tali sancti Ruphi martiris officium.

abitur./

[fo. 266.

Oracio.

esto domine supplicacionius nostris ut beati rufi ris tui intercessionibus cones. nec minis aduersancium illo conturbemur incursu.

Epistola, minus michi astitit. 926

Gradale.

POsuisti domine. Alleluya. V. Beatus uir.

Euuangelium.

Ichil opertum.

Offertorium.

Esiderium anime eius.

Secretum.

H Ostias quas tibi offerimus domine pro commemoracione beati Rufi martiris tui quesumus placidus ac benignus suscipe. et per eius intercessionem ab omnibus malis nos eripe. et in eterna fac tecum felicitate gaudere. Per.

Communio.

OUi uult.

Postcommunio.

GRacias tibi agimus omnipotens deus tua sacramenta sumentes et intercessione beati Rufi martiris tui. ab omnibus liberemur periculis. Per.

In natali sancti Augustini episcopi et doctoris officium.

C Tatuit ei dominus.

Oracio.

DEus qui beatum Augustinum in exponendis scripture sancte misteriis doctorem optimum et electum antistitem ecclesie tue prouidisti: da nobis eius semper et doctrinis instrui. et oracione fulciri. Per.

Epistola.

Cce sacerdos.

Gradale.

E Cce sacerdos. Alleluya. V. Hic in oracione.

Euuangelium.

Os estis sal.

Offertorium.

Nueni dauid.

Secretum.

SAncti confessoris tui atque pontificis augustini nobis quesumus domine pia non desit oracio. que et munera nostra tibi conciliet et tuam nobis indulgenciam semper optineat. Per.

Communio.

[Idelis seruus.

Postcommunio.

UT nobis domine tua sacrificia dent salutem. beatus augustinus confessor tuus atque pontifex quesumus precator accedat. Per.

Eodem die sancti hermetis martiris. Officium.

N uirtute.

Oracio.

DEus qui beatum hermetem martirem tuum uirtute constancie in passione roborasti. ex eius nobis imitacione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere et nulla eius aduersa formidare. Per.

Epistola.

N Emo militans.

928

Gradale.

BEatus uir. Alleluya. V. Gloriz et honore.

Euuangelium.

Olite arbitrari.

Offertorium.

N uirtute tua.

Secretum.

M Unera nostra domine propiciatus assume, et ut dignatuis famulemur altaribus sand hermetis martiris tui nos intercessione custodi. Per.

Communio.

M Agna est.

Postcommunio.

Repleti domine benediccion celesti quesumus clemer ciam tuam: ut intercedent beato hermete martire tuo qu humiliter/ sumimus. [fo. 266. t salubriter senciamus. Per.

In decollacione sancti Iohannis baptiste. Officium.

I Ohannes autem cum audisset ir uinculis opera christi mittens duos de discipulis suis ait illi. tr es qui uenturus es an alium expectamus. F. Respondens autem ihe sus ait illis. euntes renunciate io hanni que audistis et uidistis. Gloris patri.

Oracio.

SAncti Iohannis baptiste el martiris tui domine quesumus ueneranda festiuitas: salutaris auxilii nobis prestet augmentum. Per.

Epistola.

Gradale.

crodes enim tenuit et ligauit iohannem et posuit in carce-V. Propter herodiadem quam t fratri suo uiuenti uxorem. ya. V. Inter natos.

Sequencia.

cti baptiste christi preconiis. ollempnia celebrantes moribus sequamur. Ut ad uitam predixit asseclas suos perdu-Deuotis te sanctissime mentinice ihesu christi flagitamus ut percipiamus. Maxima que r sanctis in celo qui martirii ongaudemus uictoriis in die Ut per hec festa eterna gaudia camur. Qua sancti dei sacris s leti congaudent. Tu qui ras fidelium corda. Ne quid m uel lubricum deus in eis in-Te deposcimus ut crimina Et facinora continua prece s absoluere. Placatus ut ipse semper inuisere fideles. Et onem in eis facere dignetur. ni uellere quem tuo digito. i monstraueras tollere crimina. uelit induere. Ut ipsum mur angelis associi. In alba sequi per portam clarissimam. christi iohannes.

Secundum Marcum.

llo tempore: Misit herodes tenuit iohannem: et uinum in carcerem propter iadem uxorem philippi sui quia duxerat eam, pat enim iohannes herodi. licet tibi habere uxorem tui. Herodias autem inatur illi: et uolebat occis. WESTM.

930

dere eum nec poterat. Herodes metuebat iohannem: enim sciens eum uirum iustum et sanctum et custodiebat eum. Et audito eo multa faciebat : et libenter eum audiebat. Et cum dies oportunus accidisset: herodes natalissui cenam fecit principibus et tribuniset primis galilee. Cumque introisset filia ipsius herodiadis et saltasset et placuisset herodi simulque recumbentibus: rex ait puelle. Pete a me quod uis: et dabo tibi. Et iurauit illi quia quicquid pecieris dabo tibi licet dimidium regni mei. Que cum exisset: dixit matri sue. Quid petam? At illa dixit. Capud/ Iohan-[fo. 267. nis baptiste. Cumque introisset statim cum festinacione regem: petiuit dicens. ut protinus des michi in disco capud iohannis baptiste. contristatus est rex propter iusiurandum et propter simul recumbentes: noluit eam contristare set misso spiculatore precepit afferri capud eius in disco. Et decollauit eum in carcere: et attulit capud eius in disco et dedit puelle. Et puella dedit matri sue. Quo audito discipuli eius uenerunt et tulerunt corpus eius: et posuerunt illud in monumento.

Offertorium.

M Isit rex spiculatorem precepit amputare capud iohannis in carcerem, quo audito, discipuli eius uenerunt et sepellierunt eum alleluya.

Secretum.

M Unera tibi domine pro sancti Iohannis baptiste H H

martiris tui passione deferimus. qui dum finitur in terris. factus est in celesti sede perpetuus. quesumus ut eius optentu nobis proficiant ad salutem. Per.

Communio.

I Te dicite iohanni ceci uident surdi audiunt mortui resurgunt et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.

Postcommunio.

Conferat nobis domine sancti Iohannis baptiste utraque sollempnitas. ut et magnifica sacramenta que sumpsimus significata ueneremur et in nobis pocius edita gaudeamus. Per.

Eodem die sancte sabine uirginis et martiris officium.

Ognoui.

Oracio.

SAncte sabine uirginis et martiris tue nos quesumus domine deus noster, meritis precibus que tuere: que tibi gloriosa confessionis tue complacuit passione. Per.

Epistola.

Omine deus meus.

Gradale.

PRopter ueritatem. Alleluya. V.

Euuangelium.

Simile est regnum celorum de-

Offertorium.

L'Ilie regum.

932

Secretum.

M Uneribus nostris domine te magnificamus oblatis, que nobis et beate sabine martiris tue patrocinia et sempiterna concilient gaudia. Per.

Communio.

PRincipes.

Postcommunio.

R Edempcionis nostre misteria sumentes quesumus domine deus noster: ut beate sabine martiris tue meritis muniamur. et uisionis tue gloria perfruamur. Per.

In natali sanctorum martirum felicis et audacti. Officium.

C Apienciam.

Oracio.

M Agestatem tuam domine supplices deprecamur ut sicut nos iugiter sanctorum tuorum felicis et audacti commemoracione letificas: ita semper supplicacione defendas. Per.

Epistola.

T Ustorum anime./ [fo. 267. b.

Gradale.

E Xultabunt. Alleluya. V. Preciosa.

Euuangelium.

CUm persequentur.

Offertorium.

T Etamini.

Secretum.

Ostias domine tue plebis intende et quas in honore torum tuorum deuota mente brat proficere sibi senciat alutem. Per.

Communio.

Uod dico uobis.

Postcommunio.

Epleti domine muneribus sacris quesumus ut intercetibus sanctis tuis felice et acto, in graciarum tuarum per accione maneamus, Per.

natali sancti Egidii abbatis officium.

S iusti meditabitur.

Oracio.

Retende nobis domine misericordiam tuam et beati ii abbatis intercessio, cuius dedisti patrociniis adiuuari: ne ut magestatem tuam iur exoret pro nobis. Per.

Epistola.

stus cor.

Gradale.

Omine preuenisti. Alleluya. V. Iustus germinabit.

Euuangelium. Emo lucernam.

Offertorium.

Eritas.

Secretum.

Uneribus nostris quesumus domine sanctiegidii abbatis 934

intercessione graciam tue placacionis intersere, ut et collata nobis remedia tuearis, et conferenda propicius largiaris. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

R Efecti domine sacre participacionis dapibus supplices deposcimus, ut sancti Egidii confessoris tui precibus, semper saciemur diuine consolacionis muneribus. Per.

Eodem die sancti Prisci martiris officium.

I Etabitur iustus.

Oracio.

Omnipotens sempiterne deus fortitudo certancium et martirum palma sollempnitatem hodierne diei propicius intuere, et ecclesiam tuam continua fac celebritate letari, ut intercessione beati martiris tui Prisci, omnium in te credencium uota perficias. Per.

Epistola.

DOminus michi.

Gradale.

POsuisti. Alleluya. V. Beatus

Euuangelium.

M Ichil opertum.

Offertorium

DEsiderium.

Secretum.

E lus tibi precibus domine quesumus grata reddatur oblacio. pro cuius festiuitate immolatur. Per.

Communio.

O^{Ui uul}

Postcommunio.

PResta quesumus domine ut sacramenti tui participacione uegetati. sancti quoque martiris tui prisci precibus adiuuemur. Per.

In natali sancti antonini martiris officium.

TUstus non conturbabitur.

Oracio.

Omnipotens deus fidelium tuorum indeficiens conseruator qui hunc diem in gloriosi martiris tui antonini clarificare dignatus es sollempnitate. exaudi preces supplicantis ecclesie et presta: ut quod deuote expetit./eo suffragante con-[fo. 268. sequi mereatur. Per.

Epistola.

Ustus si morte.

Gradale.

C Loria et honore. Alleluya. 🏿. Beatus uir.

Euuangelium.

S Iquis uult.

Offertorium.

(Loria et honore.

936

Secretum.

OBlatis muneribus magestati tue domine deuote supplicamus. ut beatus martir antoninus gratanter exoptet hoc misterium nobis digne fuere. Per.

Communio.

O^{Ui uult.}

Postcommunio.

M Uneris sacri refeccione uegetati clemenciam tuam suppliciter exposcimus omnipotens deus ut beatus martir antoninus pro nobis imploret auxilium. et gaudium sempiternum. Per.

In ordinacione sancti gregorii [pape] officium.

S Tatuit ei.

Oracio.

Omnipotens sempiterne deus qui beatum gregorium innumeris uirtutibus declaratum summum pontificem populo tuo ordinare uoluisti. concede propicius: ut apud misericordiam tuam meritis eius et intercessionibus adiuuemur. Per.

Epistola.

DEdit dominus.

Gradale.

I Nueni dauid. Alleluya. V. Hic in oracione.

Euuangelium.

Os estis sal.

Offertorium.

Nueni dauid.

sic. 2 Erased.

Secretum.

Ostias domine quas nomini sacrandas offerimus i gregorii prosequatur oracio. quam nos expiari facias et ndi. Per.

Communio.

delis seruus.

Postcommunio.

losint nobis domine quesunus tua sancta presidia que uenientibus beati gregorii tis. ab omnibus nos absot peccatis. Per.

atali sancti bertini abbatis. Officium.

iusti meditabitur.

Oracio.

ordibus nostris quesumus domine celestis glorie indesiderium et presta ut extris illuc feramus manipuiusticie ubi tecum sydus um sanctus choruscat abbas nus. Per.

Epistola.

tus cor.

Gradale.

mine preuenisti. Alleluya. V. Disposui.

Euangelium. Emo lucernam.

Offertorium.

Critas mea.

938

Secretum.

Racia tua domine que beatum bertinum hostiam sanctam uiuam tibique fecit esse placabilem, eius meritis hec sanctificet libamina. et uite nostre consummacionem peragat irreprehensibilem. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

Uod de mensa tua domine sumpsimus beato exorante bertino ad eternam nos enutriat leticiam: et tuam ubique inuenire faciat graciam. Per.

In nativitate beatissime virginis marie. Officium. [fo. 268. b.

'Audeamus omnes in domino J diem festum celebrantes sub honore marie uirginis de cuius natiuitate gaudent angeli et collaudant filium dei. Ps.1 Hodie nata est beata uirgo maria ex progenie dauid. Gloria patri.

Oracio.

CUpplicacionem seruorum tu-O orum deus miserator exaudi, ut qui in natiuitate dei genitricis et uirginis congregamur: eius intercessionibus a te de instantibus periculis eruamur Per.

Leccio libri sapiencie.2

EGo quasi uitis fructificaui suauitatem odoris: et flores mei fructum honoris et honestatis. Ego mater pulcre dileccionis et timoris: et magnitudinis et sancte spei. In me omnis gracia uite1 et ueritatis: in me

² [Ecclesiastic. xxiv. 23-31.]

omnis spes uie et uirtutis. Transite ad me omnis qui concupiscitis me: et a generacionibus meis implemini. enim meus super mel dulcis: et hereditas mea super melet fauum. Memoria mea: in generacione seculorum. Qui edunt me adhuc esurient: et qui bibunt me adhuc sicient. Qui audit me non confundetur: et qui operantur in me non peccabunt. Et qui elucidant me : uitam eternam habebunt.

Gradale.

S Pecie tua et pulcritudine tua intende prospere procede et regna.

7. Propter ueritatem et mansuetudinem et iusticiam et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluya.

7. Natiuitas gloriose uirginis marie ex semine abrahe orta de tribu iuda clara ex stirpe dauidis.

Sequencia.

A Lle celeste nec non et perhenne luya. Dic paraphonista cum mera symphonia. Tuba et canora pallinodias canta. Nam omnis usya hanc christi genitricem die ista. Congaudet exortam per quam sibi sublatam capit uitam. Dauitica stirpe sata dauidis ad sceptra es regenda prole fecundata. Nec grauidata uiscera sunt tamen per ulla patris membra set ex fide sola. Ab arce summa angelus astat maria inquid alma aue plena. Gracia summa et benedicta feminas inter omnes paritura. Regem qui dira mortis uincula. Dampnauit mira cum potencia. Suum plasma soluens sponte sua atque beatam donans uitam. Fit mox puella uerbis credula. Et puerpera stupet et casta. Natum gestans speciosum forma regentem cuncta orbis regna. Hec est uirga non irrigata

set dei gracia florigera. Hec est sole cunctorum era materna obscum piacula. Uelud/rosa deco- [fo. 264] rans spineta sic quod ledat nil habe Uirgo eua quod attuli prima christi sponsa effugat maria O uirgo sola mater casta nosta crimina. Soluens da regna quis beat regnant agmina. Potens enim cunch ut mundi regina et iura. Cum nato omnia decernens in secla et ultra subnixa es in gloria. Cherubyi electa seraphinque clara agmina Nam iuxta filium posita sedes in dextera uirtus lampas et sophia Natiuitas unde nobis gaudia hodie affert omnia. Et resonat cameni aula in laude tua uirgo maria. Gan det per climata orbis ecclesia dicens alleluya. Quod et palacia celi clamant dindima usque dancia preconia.

Genealogia domini nostri ihesi christi secundum matheum.

Iber generacionis ihesu → christi : filii dauid filii abraham. Abraham autem genuit ysaac. Ysaac autem genuit Iacob autem iacob. genuit iudam et fratres eius. **Ludas** autem genuit phares et zaram thamar. Phares genuit esrom. Esrom autem genuit aram. Aram autem genuit aminadab. Aminadab autem genuit naason. Naason autem genuit salmon. Salmon autem genuit booz de raab. autem genuit obeth ex ruth. Obeth autem genuit Iesse autem genuit dauid regem. Dauid autem rex genuit salamonem ex ea que fuit urie. Salamon autem genuit roboam. Roboas autem genuit abyam. Abyas autem genuit asam. Asa

m genuit iosaphat. Iosaautem genuit ioram. Ioram m genuit oziam. Ozias m genuit ioathan. Ioathas m: genuit achaz. Achaz m: genuit ezechiam. Ezeautem: genuit manassen. asses autem: genuit amon. on autem: genuit iosiam. s autem, genuit ieconiam atres eius in transmigraciobabilonis. Et post transacionem babilonis ieconias it salathiel. [Salathiel1] m: genuit zorobabel. zorol autem: genuit abiud. id autem: genuit eliachim. chim autem, genuit azor. autem genuit sadoch. och autem genuit achim. im autem: genuit eliud. d autem: genuit eliazar. zar autem genuit mathan. han autem genuit iacob. autem genuit ioseph n marie. De qua natus/ est is: qui uocatur [fo. 269. b. tus.

Offertorium.

ffusa est gracia in labiis tuis propterea benedixit te deus inum et in seculum seculi.

Secretum.

Nigeniti tui domine nobis succurrat humanitas. ut qui s de uirgine integritatem is non minuit set sacrauit atiuitatis eius uotiuis solniis a nostris nos piaculis ns oblacionem nostram aciat acceptam ihesus chrisominus noster. qui tecum.

942

Prefacio.

FT te in natiuitate.

Communio.

DIffusa est gracia in labiis tuis propterea benedixit te deus ineternum.

Postcommunio.

SUmpsimus domine celebritatis annue uotiua sacramenta presta quesumus: ut intercedente beata maria semper uirgine. et temporalis uite nobis remedia prebeant et eterne. Per.

Eodem die sancti adriani martiris. Oracio.

PResta quesumus omnipotens deus, ut qui beati adriani martiris tui natalicia colimus: a cunctis malis iminentibus eius intercessionibus liberemur. Per.

Secretum.

M Unera hec domine altari tuo superposita beatus adrianus tibi gratificet qui pro te moriendo uiua et sancta factus est hostia. Per dominum.

Postcommunio.

PResta quesumus domine ut quod pro beati adriani martiris tui festiuitate percepimus : delictorum nostrorum nobis sit expiacio, et salutaris inter queque discrimina uegetacio. Per.

In natali sancti Gorgonii martiris, Oracio.

SAnctus martir tuus gorgonius quesumus domine sua nos

¹ Omitted in MS.

intercessione letificet. et pia faciat sollempnitate gaudere. Per.

Secretum.

GRata tibi sit domine nostre seruitutis oblacio quam familie tue pia defert deuocio. pro quo¹ sanctus martir gorgonius interueniat. Per.

Postcommunio.

FAmiliam tuam deus suauitas illa contingat et uegetet. qua in martire tuo gorgonio christi tui bono iugiter odore pascatur. Per.

In natali sanctorum martirum prothi et Iacincti. Officium, | Udicant.

Oracio.

BEati prothi et iacinti nos domine foueat preciosa confessio, et pia iugiter intercessio tueatur. Per.

Leccio libri apocalipsis beati Iohannis apostoli.

In diebus illis: Audiui uocem ihesu de celo dicentem michi. Nunc facta est salus et uirtus deo nostro et potestas christi eius quia proiectus est accusator fratrum nostrorum qui accusabat/illos ante conspectum [fo. 270. domini dei nostri die ac nocte. Et ipsi uicerunt illum propter uerbum testimonii sui et non dilexerunt animas suas usque ad mortem. Propterea letamini celi: et qui habitatis in eis.

Gradale.

Ustorum anime, Alleluya. V. Mirabilis.

sic.

944

Euuangelium.

A Ttendite a falsis. Require in dominica viii post pente-costen.

Offertorium.

CLoriabuntur.

Secretum.

PRo sanctorum tuorum prothi et iacincti ueneracione tibi munera domine que debemus exsoluimus, presta, quesumus: ut remedium nobis perpetue salutis operentur. Per.

Communio.

POsuerunt.

Postcommunio.

UT percepta nos domine tua sancta purificent. beati prothi et iacincti quesumus imploret oracio. Per.

Infra octavas sancte marie officium.

Audeamus.

Oracio.

CUpplicacionem.

Epistola.

Go quasi.

Gradale.

S Pecie tua. Alleluya. V. Nati-

Hec duo euuangelia permutatim dicentur. Stabant iuxta. Euuangelium Cum loqueretur. Ita CORNELII ET CYPRIANI: EXALTACIO S. CRUCIS. [SEPTEMB.

945

en quod dominica infra octaet in octaua dicatur primum.

Offertorium.

Elix namque.

Offertorium.

Iffusa est.

Communio.

Eata uiscera.

Communio.

Iffusa est.

ctorum martirum Cornelii. et priani pontificum. Officium. Acerdotes.

Oracio.

Eatorum martirum tuorum pariterque pontificum Cori et Cypriani nos domine sumus festa tueantur et eocommendet intercessio eranda. Per.

Epistola.

Espondens unus.

Gradale.

Imete dominum. Alleluya. V. Sancti tui.

Euuangelium.

Onite.

Offertorium.

Etamini.

Secretum.

Resta nobis omnipotens leus ut nostre humilitatis .cio. et pro tuorum tibi pla946

ceat honore sanctorum, et nos corpore pariter et mente purificet. Per.

Communio.

T Ustorum anime.

Postcommunio.

Pasce nos quesumus domine tuorum gaudiis sacramentorum in tuorum ueneracione sanctorum. ut nostre salutis sit augmentum quociens illis honor impenditur: in quibus tu mirabiliter predicaris. Per.

Ipso die exaltacio sancte Crucis officium.

N Os autem gloriari oportet in cruce domini nostri ihesu christi in quo est salus uita et resurreccio nostra, per quem saluati et liberati sumus. *Ps.* Deus misereatur.

Oracio.

DEus qui nos hodierna die exaltacionis sancte crucis annua sollempnitate letificas: presta quesumus: ut cuius misterium in terra cognouimus. eius quoque/ redempcionis [fo. 270. b. premia in celo consequamur. Per.

Ad galathas.

Ratres. Uidete qualibet literis scripsi uobis, mea manu. Quicumque uolunt placere in carne hii cogunt uos circumcidi: tantum ut crucis christi persecucionem non paciantur. Neque enim qui circumciduntur legem custodiunt: set uolunt uos circumcidi: ut in carne uestra glorientur. Michi autem absit gloriari nisi in cruce domini nos-

tri ihesu christi : per quem michi mundus crucifixus est et ego mundo.

Gradale.

CHristus factus est pro nobis obediens usque ad mortem mortem autem crucis. V. Propter quod et deus exaltauit illum et dedit illi nomen quod est super omne nomen. Alleluya. V. Dulce lignum dulces clauos dulcia ferens pondera que sola fuisti digna sustinere regem celorum et dominum.

Sequencia.

L Audes crucis attollamus nos qui crucis exultamus speciali gloria. Dulce melos pulset celos dulce lignum dulci dignum credimus melodia. Uoci uita non discordet cum uox uitam non remordet dulcis est symphonia. Serui crucis crucem laudent qui per crucem sibi gaudent uite dari munera. Dicant omnes et dicant singuli aue salus tocius populi arbor salutifera. O quam felix quam preclara fuit hec salutis ara rubens agni sanguine. Agni sine macula qui mundauit secula ab antiquo crimine. Hec est scala peccatorum per quam christus rex celorum ad se traxit omnia. Forma cuius hec ostendit que terrarum comprehendit quatuor confinia. Non sunt noua sacramenta nec recenter est inuenta crucis hec religio. Ista dulces aquas fecit per hanc silex aquas iecit moysi officio. salus est in domo nisi cruce munit homo super luminaria.1 Neque sensit gladium nec amisit filium quisquis egit talia. Ligna legens in sarepta spem salutis est adepta pauper muliercula. Sine lignis fidei nec lechitus olei ualet nec farinula. 'n scripturis sub figuris ista latent iam patent crucis beneficia.

1 sic. for liminaria.

Reges credunt hostes cedunt sold cruce christo duce hostis fugat milia Ista suos forciores semper facit e uictores morbos sanat et languore reprimit demonia. Dat captiuis li bertatem uite confert nouitatem ac antiquam dignitatem crux reduxi omnia. O crux signum trium phale mundi uera salus uale inte ligna nullum tale fronde flore ger mine. Medicina christiana salu sanos egros sana quod non ualet ui humana sit1 in tuo nomine. Insis tentes crucis laudi/ con- [fo. 27]. secrator crucis audi atque servos tue crucis post hanc uitam uere lucis transfer ad palacia. Quos tormento ius2 seuire3 fac tormenta non sentire set cum dies erit ire nobis comfer et largire sempitema gaudia.

Secundum Iohannem.

I N illo tempore: Dicebat ihesus turbis. Nunc iudicium est mundi. Nunc princeps mundi eicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra: omnia traham ad meipsum. Hoc autem dicebat: significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege: quia christus manet ineternum. Et quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis. Quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis ihesus Adhuc modicum lumen in uobis est. Ambulate dum lucem habetis: ut non tenebre uos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris: nescit quo uadat. Dum lucem habetis credite in lucem: ut filii lucis sitis.

Offertorium.

PRotege domine plebem tuam per signum sancte crucis ab omni-

3 sic. for fit. 2 sic. for mis.

iis inimicorum omnium ut m exhibeamus seruitutem. tabile tibi fiat sacrificium alleluya.

Secretum.

tas domine humilitatis tre preces et hostias rdie tue precedat auxilalutem quam per adam liso ligni clauserat tepresumpcio. ligni rursum criat. Per.

Prefacio.

Communio.

optor mundi signo crucis ib omni aduersitate custodi sti petrum in mari miserere

Postcommunio.

christi domini nostri re saginati per quem st sanctificatum uexilesumus domine deus it sicut eius misterium meruimus, ita perhenni eficio perfruamur. Per.

na sancte marie officium fiant sicut in die preter ium quod erit Stabant offertorium quod erit uel offertorium. Felix

ie sancti nichomedis martiris officium.

ur.

Oracio.

o domine populo tuo. ut i nichomedis martiris 950

tui merita preclara suscipiens ad impetrandam misericordiam tuam semper eius patrociniis adiuuemur. Per.

Epistola.

N Emo militans.

Gradale.

Posuisti. Alleluya. V. Iustus ut palma.

Euuangelium.

OUi amat.

Offertorium.

Loria et honore.

Secretum.

SUscipe domine propicius munera oblata que magestati tue beati nichomedis martiris tui commendet oracio. Per.

Communio./ [fo. 271. b.

OUi uult uenire.

Postcommunio.

Purificent nos quesumus domine sacramenta que sumpsimus. et intercedente beato nichomede martire tuo. a cunctis efficiant uiciis absolutos. Per.

In natali sancte eufemie martiris.
Officium.

Ultum tuum.

Oracio.

Omnipotens sempiterne deus qui infirma mundi eligis ut forcia queque confundas: concede propicius: ut qui beate eufemie martiris tue sollempnia

colimus eius apud te patrocinia senciamus. Per.

Epistola.

Omine deus meus.

Gradale.

S Pecie tua. Alleluya. V. Adducentur.

Euuangelium.

Simile est regnum celorum decem.

Offertorium.

Fferentur.

Secretum.

M Uneribus domine te magnificamus oblatis, ut in sancte Eufemie martiris tue sollempnitate et gaudia nobis sempiterna concilies et patrocinia benediccionis tue largiaris. Per.

Communio.

C Imile est regnum.

Postcommunio.

SAnctificet nos domine quesumus tui percepcio sacramenti: et intercessio beate eufemie martiris tue tibi reddat acceptos. Per.

In natali sancti lamberti episcopi et martiris. Officium.

C Acerdotes dei.

Oracio.

PResta quesumus omnipotens deus ut beatum lambertum quem ecclesie tue pontificem concessisti esse et martirem suffragatorem nos facias perhennem. et ad beatitudinis sue consorcia pium introductorem. Per.

952

Epistola.

BEnedicentes dominum.

Gradale.

E Cce sacerdos. Alleluya. V. In-

Euuangelium.

Ircuibat ihesus.

Offertorium.

I J Eritas.

Secretum.

I Ntercessio quesumus domine beati lamberti martiris tui het tibi commendet sacrificia. et tua nobis multiplicet beneficia. Per

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

SUmpta domine sacramenta sempiterna dulcedine nos reficiant et beati lamberti martiris tui atque pontificis interuentu dignos nos magestati tue perficiant. Per.

In uigilia sancti mathei apostoli et euangeliste officium.

F Go autem.

Oracio.

DA nobis omnipotens deus ut beati mathei apostoli tui et euangeliste quam preuenimus ueneranda sollempnitas, et deuocionem nobis augeat et salutem. Per.

Epistola.

BEatus uir qui inuenit.

Gradale.

ut palma. Si in dominica crit. Alleluya. V. Gloria e.

Secundum Lucam.

tempore: Uidit ihesus icanum nomine leui sead theloneum: et ait quere me. Et relictis s: surgens secutus est Et fe/cit ei con- [fo. 272. magnum leui in domo erat turba multa publin et aliorum qui cum illis liscumbentes. Et murnt pharisei et scribe dicentes ad discipulos Quare cum publicanis et ribus manducatis et bibi-Et respondens ihesus: d illos. Non egent qui nt medico: set qui male

Non enim ueni uocare set peccatores ad peni-

Offertorium, a et honore.

Secretum.

tolice reuerencie culmine erentes tibi sacra misresta domine quesumus, i mathei apostoli tui et eliste suffragiis cuius a preuenimus hec plebs per et sua uota depromat eria percipiat. Per.

Communio.

Postcommunio.

mathei apostoli et eueliste tui quesumus do954

mine supplicacione placatus. et ueniam nobis tribue. et remedia sempiterna concede. Per.

In die sancti Mathei apostoli et euuangeliste officium.

M Ichi autem.

Oracio.

BEati mathei apostoli et euuangeliste domine precibus adiuuemur: ut quod possibilitas nostra non optinet eius nobis intercessione donetur. Per.

Leccio ezechielis prophete.

Imilitudo uultus quatuor animalium. Facies hominis et facies leonis. a dextris ipsorum quatuor. Facies autem bouis : a sinistris ipsorum quatuor. Et facies aquile: desuper ipsorum quatuor. Et facies eorum et penne eorum: extente desuper. Due penne singulorum iungebantur : et due tegebant corpora eorum. Et unumquodque eorum: coram facie sua ambulabat. Ubi erat impetus spiritus: illuc gradiebantur, nec reuertebantur cum ambularent. Et similitudo animalium et aspectus eorum: quasi carbonum ignis ardencium, et quasi aspectus lampadarum. Hec erat uisio: discurrens in medio animalium. Splendor ignis : et de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant et reuertebantur: in similitudinem fulguris choruscantis.

Gradale.

Non uos. Alleluya. V.

Secundum Matheum.

I N illo tempore: Cum transiret inde ihesus: uidit hominem sedentem in theloneo matheum nomine. Et ait illi. Sequere me. Et surgens/ se- [fo. 272. b. cutus est eum. Et factum est discumbente eo in domo: ecce multi publicani et peccatores uenientes discumbebant cum ihesu et discipulis eius. Et uidentes pharisei : dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister uester? At ihesus audiens Non est opus ualentibus medicus: set male habentibus. Euntes autem discite, quid est misericordiam uolo et non sacrificium. Non enim ueni uocare iustos: set peccatores.

Offertorium.

M Ichi autem.

Secretum.

SUpplicacionibus apostolicis beati mathei apostoli et euuangeliste quesumus domine ecclesie tue commendetur oblacio. cuius magnificis predicacionibus eruditur. Per.

Prefacio.

TT te suppliciter.

Communio.

A Men dico uobis.

Postcommunio.

CUmpsimus domine uenerabile Sacramentum beati mathei apostoli tui et euuangeliste festiuitate letantes: quesumus ut suis precibus gloriosis. et creden-

dum nobis iugiter postulet, et sequendum beatus euangelista quod docuit. Per.

In natali sanctorum martirum. Mauricii sociorumque eius officium.

Ntret in conspectu.

Oracio.

A Nnue quesumus omnipotens deus: ut nos sanctorum martirum tuorum Mauricii. exuperii, candidi, uictoris, innocencii. et uitalis sociorumque eorum letificet uotiua sollempnitas: ut quorum suffragiis, nitimur : nataliciis gloriemur. Per.

Epistola. CAncti per fidem.

Gradale.

Loriosus deus. Alleluya. V. J Te martirum.

Sequencia,

A Lludat letus ordo psallens pie dulcifluum nunc alleluya. Carmina concrepans tinnula mellea iugans organa. Laudum christo thymiamata uox canat mens que placida. O quam ueneranda tremenda amanda trinitas adoranda et deitas una. Quam poli agmina niuea iubilant tymphanizantes lirica modulamina. Angelica et archangelica turma canit cui uoce iocunda. Sanctus sanctus et dominus deus omnipotens regnans in secla. Apostolica laudat hunc armonia martirum quoque cythara confessorum et uirginum lira. Quibus sociata legio thebea hodie pro christo cesa nunc laureata odas ymnizat. Q' quam dulcissima o quam largiflua domini clemencia tanta milia. Qui

1 sic: for O.

tam lucida saluans die una de ore leuiathan leuat ad astra. Gaudet phalanx celica lucra suscipiens tam beata exultans tellus efflagitat ipsorum patrocinia. Plangit/ [fo. 273. turba picea ereptam predam a sua pena quid doles omnes non perire o infelix inuidia. O maurici dux in curia te poscentum errata pie excusa uirtutumque demonilia.1 O exsuperi et candide innocens atque uictor cunctaque turma laudantum audite precata. Qui iam stelligerata meruistis palacia nobis liliosa flagitate campestria. Christo quo annuente iubila symphoniaca pangamus aurosa in poli dindima amen. Aue nunc iam legio alma ouatizans secula per cuncta alleluya.

Euuangelium.

Escendit ihesus de monte.

Offertorium.

Xultabunt.

Secretum.

PResentes hostias domine merita gloriosa martirum thebeorum tibi reddant acceptas pro quorum tibi precioso sanguine sunt dicate. Per.

Communio.

M Ultitudo.

Postcommunio.

SUmptis domine celestibus sacramentis quesumus: ut intercessione sanctorum martirum thebeorum. consequi mereamur ueniam delictorum. Per.

In natali sancte tecle uirginis et martiris officium.

T Oquebar.

1 sic. for da monilia

Oracio.

PResta quesumus omnipotens deus ut sancte uirginis tue tecle cuius uictoriosissima tibi complacuit passio clemencie tue nos commendet intercessio. Per,

Epistola.

DOmine deus meus.

Gradale.

S Pecie tua. Alleluya. V. Diffusa est.

Euuangelium.

Simile est regnum celorum thesauro.

Offertorium.

OFferentur.

Secretum.

SAncte Tecle uirginis et martiris tue domine quesumus deprecacione munera nostra sanctifica. et ab omnibus contagiis humane prauitatis per ea nos clementer emunda. Per.

Communio.

Uinque prudentes.

Postcommunio.

M Ense celestis participacio quesumus domine corpora nostra mentes que sanctificet et sancte uirginis et martiris tue tecle gloriosa deprecacio: ad uitam nos perducat eternam. Per.

In natali sanctorum martirum. Cosme et damiani. Officium,

S Apienciam.

Oracio.

M Agnificet te domine sanctorum martirum tuorum. Cosme et damiani beata sollempnitas. qua et illis gloriam sempiternam et opem nobis ineffabili prouidencia contulisti. Per.

Epistola.

QUi timet deum. Require in festo sancti Iohannis euuan-geliste.

Gradale.

CLamauerunt. Alleluya. V. Te

A Ttendite a fermento.

Offertorium,

Secretum.

IN tuorum domine preciosa morte iustorum sacrificum¹ istud offerimus de quo martirium sumpsit omne principium. quod quesumus propiciaciacionis¹ tue nobis munus optineat. Per.

Communio.

Ustorum anime./ [fo. 273. b.

Postcommunio.

SIt nobis domine sacramenti tui certa saluacio, que cum beatorum martirum tuorum Cosme et damiani meritis imploratur. Per.

In uigilia sancti michaelis officium.

A Dorate deum. Cetera omnia sicut in commemoracione de angelis.

In die sancti michaelis archangeli Ad missam officium.

Benedicite dominum omnes angeli eius potentes uirtute qui facitis uerbum eius ad audiendam uocem sermonum eius. Ps. Benedic anima.

Oracio.

DEus qui miro ordine angelorum ministeria hominum que dispensas: concede propicius: ut quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur, ab hiis in terra uita nostra muniatur. Per.

Leccio libri apocalipsis. Iohannis apostoli.

Actum est prelium in celo michael et angeli eius preliabantur cum dracone, et draco pugnabat et angeli eius et non ualuerunt. neque locus inuentus est eorum amplius in celo. Et1 Et proiectus est draco ille magnus serpens antiqus2 qui dicitur diabolus et sathanas qui seducit uniuersum orbem.3 Et proiectus est draco ille magnus serpens antiqus2 qui dicitur dyabolus et sathanas : qui seducit uniuersum orbem.3 Et proiectus est in terram et angeli eius cum illo missi sunt. Et audiui uocem magnam: de celo dicentem. Nunc facta est salus et uirtus et regnum deo nostro, et potestas christi eius quia proiectus est accusator fratrum nostrorum qui accusabat illos ante conspectum dei nostri die ac nocte. Uicerunt illum propter uerbum testimonii

¹ Struck through with black line.

² sic.

³_3 sic. repeated.

et non dilexerunt animas usque ad mortem. Propletamini celi: et qui habiin eis.

libri apocalipsis. Iohannis apostoli.

diebus illis: Significauit us que oportet fieri cito: ns per angelum suum seruo iohanni. qui testimonium buit uerbo dei. et testimoihesu in hiis quecumque Beatus qui legit et qui uerba prophecie huius et tea que in ea scripta sunt. bus enim prope est. Iohan-

eptem ecclesiis que sunt in Gracia uobis et pax ab eo st. et qui erat et qui uentust: et a septem spiritibus conspectu/ throni [fo. 274. unt et ab ihesu christo qui estis fidelis primogenitus torum. et princeps regum

Qui dilexit nos et lauit peccatis nostris, in sansuo.

Gradale.

nedicite domino omnes angeli us potentes uirtute qui facitis m eius. V. Benedic anima omino et omnia interiora mea a sanctum eius. Alleluya. V. onspectu angelorum psallam omine deus meus.

Sequencia.

celebres rex celice laudes uncta. Alleluya. Clangat canora caterua symphonia. atque soluat concio tibi nostra. iam renouantur michaelis intalde festa. Per que letabunda atur mundi machina tota. s distincta neupmatum sunt M. WESTM.

agmina per te facta. Set cum uis facis hec flammea per angelicas officinas. Inter primeua sunt hec nam creata tua cum simus nos ultima factura sed ymago tua. Theologa cathegorizant symbola nobis hec tripertita per priuata officia. Plebs angelica phalax et archangelica principans turma uirtus uranica ac potestas almiphona. Dominancia numina diuina que subsellia cherubyn etherea ac seraphyn ignicoma. Uos o michael celi satrapa gabriel que uera dans uerbi nuncia. Atque raphael uite uernula transferte nos intra paradisicolas. Per uos patris cuncta complentur mandata que dat. Eiusdem sophia compar quoque neupma una. Permanens in usya. Cui estis administrancia deo milia milium sacra. Uices per bis quinas, bis atque quingentas uestra. Centena millena assistunt in aula ad quam rex ouem centesimam. Terrigenam dragmamque decimam uestra duxit super agalmata. Uos per ethra nos per rura dena. Pars electa armonie uota. Demus yperlirica cythara. Et post bella michaelis inclita. Nostra sint deo accepta auream. Circa aram thymiamata. Ouo in coeua iam gloria. Condecantemus alleluya.

962

Secundum matheum.

In illo tempore: Accesserunt discipuli ad ihesum dicentes. Quis putas maior est in regno celorum? Et aduocans ihesus paruulum: statuit eum in medio eorum et dixit. Amen dico uobis: nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnum celorum. Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic maior est in regno celorum. Et quicumque susceperit unum paruu-

lum talem in nomine meo: me suscipit. Qui autem scandalizauerit unum de pusillis/ [fo. 274. b. istis qui in me credunt expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, et demergatur in profundum maris. Ue mundo ab scandalis. Necesse est enim: ut ueniant scandala. Uerumptamen ue homini illi: per quem Si autem scandalum uenit. manus tua uel pes tuus scandalizat te: abscide eum et proice abs te. Bonum est tibi ad uitam ingredi debilem uel claudum quam duas manus uel duos pedes habentem mitti in ignem eternum. Et si oculus tuus scandalizat te: erue eum, et proice abs te. Bonum est tibi cum uno oculo in uitam intrare. quam duos oculos habentem mitti in iehennam ignis. Uidete ne contempnatis unum ex hiis pusillis. Dico enim uobis: quia angeli eorum in celis semper uident faciem patris mei : qui in celis est.

Non dicitur Credo. nisi dominica fuerit.

Offertorium.

S Tetit angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua, et data sunt ei incensa multa, et ascendit fumus aromatum in conspectu dei alleluya.

In conspectu angelorum psallam tibi domine, et adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor tibi domine.

Secretum.

M Unus populi tui quesumus domine dignanter assume quod non nostris meritis. set sancti archangeli tui michaelis 964

deprecacione tibi sit grat Per.

Communio.

Benedicite omnes angeli do domino ympnum dicite et su exaltate eum in secula.

Postcommunio.

BEati archangeli tui micha intercessione suffulti si plices te domine deprecamu quos honore prosequimur. o tingamus et mente. Per.

In natali sancti Ieronimi episo Officium.

OS iusti.

Oracio.

DEus qui nobis per bea Ieronimum confesso sacerdotem que tuum scrip sancte ueritatem et mistica sa menta reuelare dignatus es : cede quesumus : ut cuius na cia colimus : eius semper erudiamur doctrinis. et me adiuuemur. Per.

Epistola.

Ptaui et datus.

Gradale.

OS iusti. Alleluya. V. Hic oracione.

Euuangelium.

[Os estis sal terre.

Offertorium.
T Eritas mea.

Secretum.

CLemencia tua domine m era nostra dignanter re

ciat. et beati Ieronimi confessoris tui et sacerdotis deprecacione per eadem nos purifica. Per.

Communio.

Omine quinque.

Postcommunio.

PResta domine quesumus ut ecclesiam tuam./ [fo. 275. beatus sacerdos ieronimus et fidei doctrinis erudiat. et eruditam diuinis misteriis dignam pia intercessione efficiat. Per.

Sanctorum episcoporum. Germani Remigii et uedasti. Officium.

C Acerdotes eius.

Oracio.

SAnctorum confessorum tuorum domine. Germani. Remigii et uedasti episcoporum. nos beata merita prosequantur: et tuo semper faciant amore feruentes. Per.

Epistola.

H li sunt uiri. Require in communi plurimorum martirum.

Gradale.

S Acerdotes eius. Alleluya. V. Fulgebunt.

Euuangelium.

CInt lumbi.

Offertorium.

Kultabunt.

Secretum.

PReces nostras quesumus domine et tuorum respice ob966

laciones fidelium, ut tibi grate sint in tuorum festiuitate sanctorum, et nobis conferant tue propiciacionis auxilium. Per.

Communio.

F Go uos.

Postcommunio.

R Epleti sacramento reperacionis humane in festiuitate sanctorum confessorum tuorum. atque pontificum quesumus domine deus noster: ut sicut nobis munera dignaris prebere celestia. sic per eadem tribuas nobis donis inherere celestibus. Per.

In natali sancti Leodegarii episcopi et martiris officium.

S Acerdotes tui.

Oracio.

Omnipotens sempiterne deus sancto leodegario pontifice et martire tuo intercedente. nostre fragilitati diuinum pretende subsidium. ut misericordiam sempiternam per quam illa felix anima exultauit. nos saltem sincera professione mereamur. Per.

Epistola.

BEnedicentes dominum.

Gradale.

Ecce sacerdos. Alleluya. V.

Euuangelium.

H Omo quidam nobilis.

Offertorium.

I J Eritas.

Secretum.

TAlis sit in conspectu tuo omnipotens deus hec oblacio: ut sancto martire tuo leodegario intercedente. eterna pro peccatis nostris fiat populi tui propiciacio. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

DEliciis salutaribus quos refecisti domine beato leodegario intercedente. eterne famis et sitis numquam permittas iniuriam sustinere. Per.

Sancte fidis uirginis et martiris officium.

T Oquebar.

Oracio.

DEus qui presentem diem beate fidis uirginis martirio facis esse sollempnem: presta ecclesie tue ut cuius gloriatur meritis, eius precibus adiuuetur. Per.

Epistola.

Omine deus meus.

Gradale.

S Pecie tua. Alleluya. V. Quinque prudentes.

Euuangelium.

I TEnerunt ad ihesum.

Offertorium.

Fferentur.

Secretum.

SUscipe domine preces et hostias meritis beate fidis

968

uirginis et martiris tibi dicatas/ et concede ut eius [fo. 275. b. nobis sint supplicacione salutares cuius sunt ueneracione sollempnes, Per.

Communio.

OUicumque fecerit.

Postcommunio.

Ous refecisti domine celesti conuiuio beate fidis uirginis et martiris iuuante patrocinio: supernorum ciuium fac dignos collegio. Per.

In natali sancti marci [pape¹] confessoris officium.

CAcerdotes dei.

Oracio.

EXaudi domine preces nostras et intercedente beato marco confessore tuo atque pontifice: supplicaciones nostras placatus intende. Per.

Epistola.

DEdit dominus.

Gradale.

I Nueni dauid. Alleluya. V. Iurauit dominus.

Euuangelium.

I J Igilate quia.

Offertorium.

Nueni dauid.

Secretum.

PResta quesumus domine ut sancti marci confessoris tui precibus quem ad laudem no-

s tui dicatis muneribus oramus, pie nobis deuocionis tus accrescat. Per.

Communio. delis seruus.

Postcommunio.

Onseruent nos domine quesumus munera tua : et internte beato marco confessore atque pontifice, uitam nobis nam conferant supplicanti-Per.

ncti dyonisii martiris sociorumque eius officium, ret in conspectu.

[Oracio.]

Eus qui hodierna die beatum dyonisium uirtute constann passione roborasti. quique ad predicandum gentibus am tuam Rusticum et eleuum sociare dignatus es, le nobis quesumus: et eorum acione pro amore tuo prosmundi despicere, et nulla aduersa formidare. Per.

Epistola. ncti per fidem.

Gradale.

oriosus deus. Alleluya. V. Uox exultacionis.

Sequencia.

pere armonie uastam gubernani musicam. Alleluya. Tonanti ura laudes depromat inclitas. ita cui digna sunt racionis era. Hunc ergo psallamus a modificantes neupmata. Atlox canora componat rithmica 970

tandem famina. Et quoniam organa resonant symphonia tinnula. Christus ab arce clara capiat uota cordis intima. Eya intona nunc galliarum plebs candida. Celeberrima dyonisii macharii digne recolendo trophea. Commissa cui es in sorte apostolica. Qui pia ferat iugiter tibi suffragia missus huc de gente pelasga. O quanta tormentorum passus genera pro christi extitit gloria. flammas et flagella seuas que feras carceris simul tulit antra. Set sacra illic infula dum celebrat misteria presul alma ihesus astat/ [fo. 276. caterua septus angelica. Et sancta manu placida ferens liba firmat eius agoniam expectatam promittens celorum gloriam. Hac percepta uoce diuina sacer athleta. Infert celo ceruice cesa gaudens animam. Eternam christus ibi dans illi gloriam. Remittat seruorum errata eius prece benigna cuncta per secula.

Euuangelium.

Escendens ihesus.

Offertorium.

T Etamini.

Secretum.

Offerendorum tibi munerum deus auctor et dator presta. ut hoc sacrificium singulare quod sanctis tuis in passione contulit caritatem nobis tribuat in deuocione presidium. Per.

Communio.

M Ultitudo languencium.

Postcommunio.

SUmpsimus domine uotiua misteria deprecantes clemenciam tuam: ut eorum nobis fiant deprecacione salutaria. quorum

passionis celebramus gloriosa sollempnia. Per.

In natali sancti paulini episcopi et confessoris. Officium.

S Tatuit.

Oracio.

DEus qui nos hodie beati paulini confessoris tui atque pontificis ueneranda facis cele-

britate gaudere: tribue quesumus eius nos semper et piis defensionibus muniri et oracionibus adiuuari. Per.

Epistola.

Citis quia misi ad uos.

Gradale.

I Urauit dominus. Alleluya. 🌹. Inueni dauid.

Euuangelium.

I J Idete uigilate.

Offertorium.

TEritas mea.

Secretum.

HEc sacra quesumus domine que pro uenerandis beati paulini confessoris tui atque pontificis deferimus meritis peccatorum nostrorum uincula soluant et eius optentu ab omnibus tueantur aduersis. Per.

Communio.

FIdelis.

Postcommunio.

Pignus perpetue salutis sumentes clemenciam tuam omnipotens deus imploramus

972

ut beato paulino confessore to interueniente celestis uite premi consequi mereamur. Per.

In natali sancte Ethelburge winginis. Officium.

Ilexisti iusticiam.

Oracio.

DEus universe bonitatis auctor et egregie uirginitatis conservator. adesto nobis questmus sancte uirginis ethelburge sollempnitatem celebrantibus et presta. ut per eius intercessionem mereamur accipere presentis uite iocunditatem et sempiterne lucis claritatem. Per.

Epistola.

Quam pulchra.

Gradale.

Dilexisti. Alleluya. . Adducentur.

Euuangelium.

Simile est regnum celorum decem.

Offertorium.

Fferentur.

Secretum.

M Unera presentis hostie que offerimus magestati tue gratanter suscipe deus clementissime. et suffragante sacrajuirgine ethelburga. [fo. 276. b cuius annua recolimus natalicia per ea nos perducere digneris ad sempiterna gaudia.

Communio.

C Imile est regnum celorum.

Postcommunio.

leti libamine spiritualis ense tuam imploramus ptenciam misericors douatinus per gloriosa caste s ethelburge merita. cuius m celebramus natiuitatem nobis indeficientem celesuneracionis sempiternita-Per.

ali sancti Nigasii martiris riorumque eius officium. enciam.

Oracio.

as qui nos hanc diem enerabilem in honorem Nigasii martiris tui atque cis ac sociorum eius exfecisti. presta quesumus, os letis ueneramur obserorum oracionibus muniaprecibus. Per.

Epistola. imperpetuum.

Gradale.

Itabunt. Alleluya. V. Preosa.

Euuangelium. uatis ihesus.

Offertorium.

Secretum.

ces domine tuorum respice laciones que fidelium ut i grate sint pro tuorum tate sanctorum. nigasii. et scuniculi. et nobis

974

conferant tue propiciacionis auxilium. Per.

Communio.

T Ustorum anime.

Postcommunio.

SAnctorum martirum tuorum domine Nigasii quirini et scubiculi intercessione placatus presta quesumus: ut que temporali celebramus accione. perpetua capiamus saluacione. Per.

In natali sancti wilfridi episcopi et confessoris. Officium.

[S]Tatuit.

Oracio.

FAc nos quesumus domine beati wilfridi confessoris tui atque pontificis intercessionibus a cunctis mundi perturbacionibus respirare: eius que optentu tam presentis uite subsidia. quam eterne eciam beatitudinis premia reperire. Per.

Epistola.

Cce sacerdos.

Gradale.

E Cce sacerdos. Alleluya. V. In-

Euuangelium.

SInt lumbi.

Offertorium.

TEritas mea,

Secretum.

BEnediccio tua quesumus domine beati wilfridi confessoris tui atque pontificis

intercessione super has hostias descendat, que et salutem nobis clementer operetur, et beate inmortalitatis dona conciliet. Per.

Communio.

REatus seruus.

Postcommunio.

BEati wilfridi confessoris tui atque pontificis domine precibus confidentes quesumus clemenciam tuam ut per ea que sumpsimus eterna remedia capiamus. Per.

Eodem die ad magnam missam de uigilia beati| [fo. 277. Regis. Edwardi officium et cetera omnia preter euuangelium et epistolam ut supra in uigilia deposicionis eiusdem.

Epistola.

REnediccio domini.

Euuangelium.

FActa est contencio. Require in comuni apostolorum.

In die sancti eduuardi officium.

Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore eduuardi regis de cuius translacione gaudent angeli et collaudant filium dei. Ps. Domine in uirtute.

Oracio.

Omnipotens sempiterne deus qui beatum regem Edwardum sanctorum tuorum collegio sociasti: concede propicius ut qui gloriose translacionis eius recolimus insignia. ipsius apud te senciamus patrocinia. Per. 976

Epistola.

DIlectus deo.

Gradale.

D^Omine preuenisti. Alleluya. V. Iustus germinabit.

Sequencia.

L Etetur ecclesia. Require in alio festo.

Euuangelium.

N Emo lucernam.

Offertorium.

POsuisti domine.

Secretum.

Quos beati Regis edwardi translacio sancta letificat tua nos domine gracia reddat leciores, et tribuat in hoc sacrificio presencie tue dulcedinem toto corde sentire. Qui uiuis et regnas,

Communio.

M Agna est.

Postcommunio.

UT nobis salutem conferant sacramenta que sumpsimus beatissimus rex eduuardus confessor tuus domine pro nobis intercessor existat. de cuius ueneranda translacione tribuis nos annua deuocione letari. Per.

In natali sancti kalixti [pape] et martiris.

Oracio.

DEus qui nos conspicis ex nostra infirmitate deficere

amorem tuum nos miseriiter per sancti kalixti pape artiris tui exempla restaura.

Secretum.

Istica nobis domine prosit oblacio. que per sancti cti meritum nos et a reatinostris expediat. et perpetua acione confirmet. Per.

Postcommunio.

Lesta quesumus domine ut uius passionis memoriam amenti participacione recolifidem proficiendo sectemur.

a octauas sancti edwardi ad missam officium. tudeamus.

Oracio.
Mnipotens sempiterne.

Epistola. Inediccio domini.

Epistola. Ilectus deo.

Gradale. tus ut palma.

Gradale.

Omine preuenisti. Alleluya. V.
Posuisti. Alleluya. V. Iustus
inabit.

Euuangelium. Acta est contencio.

Euuangelium. Emo lucernam. 978

Offertorium.

T Eritas mea.

Offertorium]

POsuisti.

Communio./ [fo. 277. b. POsuisti.

Communio.

M Agna est.

In natali sancti luce Euuangeliste. Officium.

N medio ecclesie.

Oracio.

I Nterueniat pro nobis domine quesumus sanctus tuus lucas euuangelista qui crucis mortificacionem iugiter in suo corpore pro tui nominis honore portauit. Per.

Epistola.

SImilitudo.

Gradale.

BEatus uir. Alleluya. V. Primus ad syon.

Euuangelium.

Esignauit dominus.

Offertorium.

Ustus ut palma.

Secretum.

Donis celestibus da nobis quesumus domine libera mente seruire. ut munera que deferimus interueniente beato euuangelista luca. et medicinam nobis operetur et gloriam. Per.

Communio.

M Agna est.

Postcommunio.

PResta quesumus omnipotens eterne deus: ut id quod de sancto altari tuo percepimus. precibus beate euangeliste tui luce saluiuificet animas nostras. per quod tuti esse possimus. Per.

In natali sancte fredeswythe uirginis officium.

D² Ilexisti.

Oracio.

Omnipotens sempiterne deus. da nobis in festiuitate beate fredeswythe uirginis tue congrua deuocione gaudere. ut et potenciam tuam in eius transitu laudemus et prouisum nobis percipiamus auxilium. Per.

Epistola.

OUi gloriatur.

Gradale.

DIlexisti. Alleluya. V. Specie tua.

Euuangelium.

CImile est regnum celorum.

Offertorium.

Fferentur.

Secretum.

O Fferimus tibi domine preces. Respice in comuni.

Sic.
 A small d written by scribe but not filled in by illuminator.

980

Communio.

DIffusa est.

In octaua sancti eduuardi. omnii fiant sicut in die.

In natali sanctarum undecim milia uirginum officium. [JUltum tuum.

Oracio.

DEus qui digne tibi sacratis uirginibus mirandi agoni robur indidisti quo per martiri palmam ad superne contempla cionis pertingerent gloriam da quesumus earum nos intercessionibus adiuuari. quas hodiema die transcenso mortis stadio. in celestibus fecisti triumphare Per.

Epistola.

DE uirginibus.

Graaale.

A Nima nostra. Alleluya. V. Adducentur.

Euuangelium.

Simile est regnum celorum decem.

Offertorium.

Fferentur.

Secretum.

FAc nos quesumus domine beatarum uirginum tuarum et martirum. continuis presidis adiuuari. pro quarum ueneranda recordacione hec dona magestati tue dicanda offerimus. Per.

Communio.

O Uinque prudentes.

Postcommunio.

Elestis domine alimonie refecti sacramento quesumus ntercedentibus sanctis uirbus ac martiribus tuis que illarum celebra- [fo. 278. gloria. ad nostre salutis iciant incrementa. Per.

natali sancti Romani archiepiscopi. Officium.

atuit ei.

Oracio.

Eus cui beatus romanus pontifex ita sanctitatis ita decoratus complacuit ut um consorcium in celis nereretur sanctorum da sumus ecclesie tue eius ruentu perpetuam consequi itam, cuius deposicionis diem ulando celebrat solempnem.

Epistola.

Cce sacerdos.

Gradale.

Cce sacerdos. Alleluya. V. Inueni dauid.

Euuangelium. Igilate quia.

Offertorium.

Eritas.

Secretum.

Jscipe quesumus omnipotens deus misticam humilitatis re oblacionem. quam pro eracione almiflui confessoris atque presulis romani tue rimus magestati. quatinus 982

eius patrocinantibus meritis per hec ipsa sacrificia plebs tua a cunctis exuatur peccatis. Per.

Communio.

REatus seruus.

Postcommunio.

F Amiliam tuam quesumus domine quam sacrosancti corporis et sanguinis tui participacione recreasti solita respice pietate: quatinus sancti presulis romani precibus fulta continuis. et eternis seculi huius liberetur incomodis. et ethereis redimatur incrementis. Qui uiuis et regnas cum deo.

In natali sanctorum martirum crispini et crispiniani officium.

C Apienciam.

Oracio.

DEus qui sanctis martiribus tuis Crispino et crispiniano ad hanc gloriam ueniendi copiosum munus gracie contulisti da nobis famulis tuis nostrorum ueniam peccatorum ut sanctorum tuorum meritis intercedentibus ab omnibus mereamur aduersitatibus liberari. Per.

Epistola.

SAncti ludibria.

Gradale.

U Indica domine. Alleluya. V.

Euuangelium.

Um audieritis.

Offertorium.

Xultabunt.

Secretum.

SAcrificiis presentibus domine que tibi in tuorum commemoracione sanctorum deferimus intende placatus. ut et deuocioni nostre proficiant et saluti. Per.

Communio.

BEati mundo.

Postcommunio.

CElestis doni benediccione percepta supplices te domine deus omnipotens deprecamur ut idem nobis intercedentibus sanctistuis crispino et crispiniano quorum festa agimus. et sacramenti causa sit et salutis. Per.

In uigilia apostolorum symonis et iude officium.

Ntret oracio.

Oracio.

Concede quesumus omnipotens deus. ut sicut apostolorum./ tuorum sy- [fo. 278. b. monis et iude gloriosa natalicia preuenimus. sic ad tua beneficia promerenda magestatem tuam pro nobis ipsi preueniant. Per.

Epistola.

T Ustorum anime.

Gradale.

U Indica domine. Si in dominica euenerit. Alleluya. V. Nimis honorati.

Euuangelium.

CI manseritis.

984

Offertorium.

E Xultabunt.

Secretum.

A Ccepta tibi sit domine nostre deuocionis oblacio. et ad apostolicam puriores nos faciat uenire festiuitatem. Per.

Communio.

T Ustorum anime.

Postcommunio.

Uesumus domine salutaribus repleti misteriis, ut quorum ieiunando sollempnia preuenimus eorum oracionibus adiuuemur. Per.

In die ad missam officium.

M Ichi autem.

Oracio.

DEus qui nos per beatos apostolos tuos Symonem et iudam ad agnicionem nominis tui uenire tribuisti da nobis eorum gloriam sempiternam et proficiendo celebrare, et celebrando proficere. Per.

Epistola.

Cimus quoniam.

Gradale.

N Imis honorati. Alleluya. 5. Isti sunt.

Euuangelium.

HEc mando.

Offertorium.

N omnem terram.

986

Secretum.

im domine sanctorum tolorum tuorum Syet Iude perpetuam es quesumus ut eandem isteriis expiati dignius us. Per.

Prefacio.

suppliciter.

Communio.
11 secuti.

Postcommunio.

ficati diuino misterio imus omnipotens deus : nobis eorum non desit quorum nos donasti o gubernari. Per.

'sancti quintini martiris. Officium.

te.

Oracio

beatum quintinum tuum tua uirtute ctorem. da nobis tuc ionis effectum. ut sicut am celestis contulisti ita nobis eius intercesieniam largiaris peccati.

Epistola.

i uir qui inuenit sapien-

Gradale.

uir qui timet. Glleluya.¹ loria et honore.

Euuangelium.

N Olite arbitrari.

Offertorium.

N uirtute.

Secretum.

In ueneracione beati quintini martiris tui omnipotens deus tibi laudis hostiam immolamus. orantes. ut ipse pro nobis intercessor existat qui pro tuo nomine gloriosa morte occubuit. Per.

Communio.

POsuisti.

Postcommunio.

PErcipiat domine quesumus plebs tua intercedente beato quintino martire tuo misericordiam quam deposcit ut tuis semper digna inueniatur/[fo. 279. sacramentis. Per.

Eodem die uigilia omnium sanctorum. Officium.

TImete.

Oracio.

Dominedeus noster multiplica super nos graciam tuam: ut quorum preuenimus gloriosa sollempnia: tribue subsequi in sancta professione leticiam. Per.

Leccio libri apocalipsis Iohannis apostoli.

IN diebus illis: Ego iohannes uidi in medio throni et quatuor animalium. et in medio seniorum agnum stantem tanquam occisum habentem cornua septem et oculos septem qui sunt

¹ Sic. for Alleluya.

septem spiritus dei missi in omnem terram. Et uenit: et accepit de dextera sedentis in throno librum. Et cum aperuisset librum quatuor animalia et uiginti quatuor seniores ceciderunt coram agno habentes singuli cytharas et phialas aureas plenas odoramentorum que sunt oraciones sanctorum. Et cantabant canticum nouum dicentes. Dignus es domine accipere librum et aperire signacula eius. quoniam occisus es. et redemisti nos deo in sanguine tuo ex omni tribu et lingua et populo et nacione et fecisti nos deo nostro regnum et sacerdotes et regnabunt super terram. Et uidi et audiui uocem angelorum multorum in circuitu throni et animalium et seniorum : et erat numerus eorum milia milium uoce magna dicencium. Dignus est agnus qui occisus est accipere

Gradale.

uirtutem et diuinitatem. et

sapienciam, et fortitudinem, et

honorem, et gloriam, et benedic-

cionem, in secula seculorum.

E Xultabunt. Si dominica fuerit. Alleluya. V. Uox exultacionis.

Euuangelium.

Leuatis ihesus.

Offertorium.

T Etamini in domino.

Secretum.

A Ltare tuum domine muneribus cumulamus oblatis, da quesumus ut ad salutem nostram omnium sanctorum tuorum precacione proficiant. que sollempnia uentura precurri Per.

Communio.

BEati mundo.

Postcommunio.

SAcramentis domine et ga optate celebritatis exp quesumus. ut eorum preadiuuemur. quorum recordac bus exhibentur. Per.

In die officium.

Gaudeamus omnes in do diem festum celebrantes honore omnium sanctorum quorum sollempnitate [fo. 27 gaudent angeli et collaudant fei. Ps. Exultate iusti.

Oracio.

Omnipotens sempiterne qui nos omnium sancto tuorum merita sub una trib celebritate uenerari: quest ut desideratam nobis tue piciacionis habundanciam m plicatis intercessoribus larg Per.

Leccio libri apocalipsis ioha

I N diebus illis: Ego ioha uidi alterum angelum as dentem ab ortu solis haber signum dei uiui. Et clam uoce magna quatuor an quibus datum est nocere ter mari dicens. Nolite nocere et mari neque arboribus: qu usque signemus seruos dei tri in frontibus eorum. Et at numerum signatorum cer quadraginta quatuor it signati ex omni tribu filicisrael. Ex tribu iuda, duode

signati. Ex tribu ruben. cim milia signati. rad duodecim milia.1 Ex asser: duodecim milia Ex tribu neptalim: cim milia signati. Ex manasse: duodecim milia Ex tribu symeon: cim milia signati. leui: duodecim milia sig-Ex tribu ysachar: duomilia signati. Ex tribu on. duodecim milia signati. bu ioseph. duodecim milia Ex tribu beniamyn: cim milia signati. Post di turbam magnam quam ierare nemo poterat ex ous gentibus et tribubus et is et linguis stantes ante am et in conspectu agni i stolis albis et palme in ous eorum. Et clamabant magna dicentes. Salus nostro qui sedet super im et agno. Et omnes stabant in circuitu throni iorum: et quatuor anima-

Et ceciderunt in coni throni in facies suas et
uerunt deum dicentes.
liccio et claritas et sapiet graciarum accio et honor
tus et fortitudo deo nostro:
ula seculorum amen.

Gradale.
nete dominum. Alleluya. V.
ndicabunt sancti naciones et
nabuntur populis et regnabit
n rex ineternum.

Sequencia.
risto inclito candida nostra
nunt melodiam agmina.
s omnibus dancia sanctis per

1 signati omitted in MS.

hec sacrata festalia. Mariam primum uox sonet nostra per quam./ nobis uite sunt data premia. [fo. 280. Regina que es mater et casta solue nostra per filium peccamina, Angelorum concio sacra et archangelorum turma inclita. Nostra diluant iam peccata, poscendo celi supera gaudia. Tu propheta preco lucerna atque plusquam propheta. In lucida nos pone uia mundans nostra corpora. Apostolorum princeps atque cuncta iuncta caterua. Iam corrobora uera in doctrina plebis pectora. Stephane gloriose rutilans in corona sanctorum que martirum turma ualida. Forcia date corda corpora atque firma sacra ut hostem uincant rite spicula. Martine inclite et presulum omnis caterua. Suscipe nunc pia modo nostra clemens precata. Regina uirginum premaxima tu mater incorrupta uirgo et grauida. Sacrata domino castissimas1 nostras serua animas munda que corpora. Monachorum ueneranda suffragia. Omniumque sanctorum contubernia. Per precata assidua nostra gubernent tempora. Nos que ducant ad supera polorum uera gaudia. Subiungant pium omnia amen redempta.

Euuangelium.

[] Idens turbas.

Offertorium.

M Irabilis.

Secretum.

M Unera tibi domine nostre deuocionis offerimus que et pro cunctorum tibi grata sint honore sanctorum, et nobis salutaria te miserante reddantur. Per.

¹ Sic : for est castitas.

Communio.

Audete.

Postcommunio..

DA quesumus domine fidelibus populis per huius sacramenti participacionem omnium sanctorum tuorum semper ueneracione letari. et eorum perpetua supplicacione muniri. Per.

In natali sancti Eustachii sociorum que eius. Officium. Ntret in conspectu.

Oracio.

DEus qui beatum eustachium in temptacionibus probasti. et probatum coronasti. ipsius sociorumque eius meritis in omnibus temptacionibus tuum nobis presta auxilium et sempiternum gaudium. Per.

Epistola.

REnedictus deus.

Gradale.

CLamauerunt. Alleluya. 🌣.

Euuangelium.

CEdente ihesu.

Offertorium.

Etamini in domino.

Secretum.

SIt tibi omnipotens pater hoc holocaustum sicut quod tibi optulit qui peccata nostra in cruce pertulit. et sanctis intercedentibus ad illud sumendum nos dignos prepara. Per.

992

Communio.

POsuerunt.

Postcommunio.

SIcut beatus eustachius ine cum sociis suis in congloria semper gaudet. sic si que sumpsimus illis intercectous tecum gaudere nos efficare.

Eodem die commemoracioom fidelium defunctorum. Offu

R Equiem eternam.

Oracio.

[fo. 28] Idelium deus./

Epistola.

I Ir fortissimus.

Gradale.

🕻 I ambulem.

Tractus

PE profundis.

Euuangelium

Mne quod michi.

 ${\it Offer torium.}$

Omine ihesu christe.

Communio.

Ux eterna.

In natali sancti Leonardi ab officium.

S iusti.

994

Oracio.

Agestati tue quesumus domine sanctissimi conis tui leonardi nos pia r commendet oracio: ut deuoto ueneramur officio. suffragio subleuemur opPer.

Epistola.

us cor suum.

Gradale.

mine preuenisti. Glleluya.¹ V. ustus germinabit.

Euuangelium. Emo lucernam.

Offertorium.

Secretum.

Jneribus sacris et precibus peati leonardi confessoris bis domine succurre plaet presta ut quod fideliter us. efficaciter impetremus.

Communio.

tus seruus.

Postcommunio.

ificet semper et muniat i nos domine suscepcio nenti. et intercessione ssimi confessoris tui leonerpetuis per eam gaudiis mur admisceri. Per.

tali sanctorum martirum uor coronatorum officium.

1 Sic: for Alleluya. WESTM. Oracio.

PResta quesumus omnipotens deus ut qui gloriosos martires claudium nichostratum simphorianum castorium atque simplicium fortes in sua confessione cognouimus, pios apud te in nostra intercessione senciamus. Per.

Epistola.

R Ememoramini.

Gradale.

I Indica, Alleluya. V. Exultent.

Euuangelium.

CUm persequentur.

Offertorium.

A Nima nostra.

Secretum.

BEnediccio tua quesumus domine larga descendat, que et munera nostra deprecantibus sanctis tuis tibi reddat accepta, et nobis sacramentum redempcionis efficiat. Per.

Communio.

POsuerunt.

Postcommunio.

CElestibus refecti sacramentis et gaudiis. supplices te domine deprecamur. ut quorum gaudemus triumphis protegamur auxiliis. Per.

In natali sancti theodori martiris officium.

N uirtute tua.

. 995

996

Oracio.

DEus qui nos beati theodori martiris tui confessione gloriosa circumdas et protegis. presta nobis eius imitacione proficere, et oracione fulciri. Per.

Epistola.

M Emo militans.

Gradale.

BEatus uir. Alleluya, V. Iustus ut palma.

Euuangelium.

N Ichil opertum.

Offertorium.

CLoria et honore.

Secretum.

M Uneribus domine oblatis beati theodori martiris tui festa uenerantes quesumus: ut qui consciencie nostre prepedimur obstaculis. illius meritis reddamur accepti. Per.

Communio.

POsuisti.

Postcommunio. | [fo. 281.]

Diuini muneris largitate saciati. quesumus domine deus noster. ut intercedente beato theodoro martire tuo. eius semper participacione uiuamus, Per.

In natali sancti menne martiris officium.

OS iusti.

Oracio.

PResta quesumus omnipotens deus, ut qui beate¹ menne martiris tui natalicia colimus intercessione eius: in tui nominis amore roboremur. Per,

Epistola.

T Ustus si morte.

Gradale

GLoria et honore. Alleluya. V.

Euuangelium.

CI quis uult.

Offertorium.

DEsiderium.

Secretum.

SAncto menna martire tuo interueniente ita dignos fac nos quesumus domine hec misteria tractare, ut tibi uero eternoque pontifici. templum et hostia placabilis esse² mereamur esse. Qui uiuis,

Communio.

M Agna est.

Postcommunio.

HOc in nobis quesumus domine gracia tua semper excerceat: ut diuinis instauret corda nostra misteriis et beati menne martiris tui festiuitate letificet. Per.

In natali sancti martini episcofi et confessoris officium,

STatuit ei dominus.

1 Sic.

² Struck through with black line.

Oracio.

Eus qui conspicis quia ex nulla nostra uirtute subsisis concede propicius: ut cessione beati martini conoris tui atque pontificis. ra omnia aduersa muniamur.

Epistola.

Cce sacerdos magnus qui in uita.

Gradale.

neni dauid. Alleluya. V. Hic artinus pauper et modicus n diues ingreditur. ympnis tibus honoratur. Alleluya. V. nartine presul contexisti ueste num christum. iccirco poscinostri memor assis.

Sequencia.

cerdotem christi martinum. Illeluya. Cuncta per orbem ecclesia. pacis catholice. e illius nomen omnis hereticus t pallidus. Pannonia letetur rix talis filii. Ytalia exultet k tanti iuuenis. Et gallie trina o sacro certet litigio cuius esse at presul. Set pariter habere atrem omnes gaudeant turoni eius corpus foueant. orum atque germanie plebs s plaudat. Quibus uidendum xit dominum in sua ueste. celebris est egypti partibus e quoque cunctis sapientibus. impares se martini meritis unt atque eius medicamini. febres sedat demones que paralitica membra glutinat. nortuorum sua prece trium t corpora uite pristine. Hic sacrilegos destruit et ad i gloriam dat ignibus ydola. nudis misteria brachiis cons preditus est celesti fo. 281. b.

998

lumine. Hic oculis ac manibus in celum et totis uiribus suspensus terrena cuncta respuit. Eius ori numquam christus abfuit siue iusticia uel quicquid ad ueram uitam pertinet. Igitur te cuncti poscimus o martine ut qui multa mira hic ostendisti. Eciam de celo graciam christi nobis supplicatu tuo semper infundas.

Euuangelium.

MOlite timere.

Offertorium.

I Nueni dauid.

Secretum.

DEus cui¹ omne bonum in tu sacri corporis misterio continere uoluisti: concede propicius: ut hoc munus quod in beati martini confessoris tui atque pontificis ueneracione tibi offerimus. ipso intercedente nobis proficere senciamus. Per.

Communio.

L'Idelis seruus.

Postcommunio.

D'Ulcedinem tui amoris inmitte quesumus domine mentibus nostris. ut percepcione corporis et sanguinis tui letificati beati martini confessoris tui et episcopi meritis mereamur semper ab omnibus periculis defendi. Qui uiuis.

Infra octauas sancti martini episcopi et confessoris. Officium, STatuit ei.

1 sic

Oracio.

Eus qui conspicis.

Epistola.

Cce sacerdos.

Gradale.

E Cce sacerdos. Alleluya. V. O martine.

Euuangelium.

V Olite timere.

Offertorium.

I | Eritas mea.

Communio.

L'Idelis seruus.

In natali sancti Bricii episcopi et confessoris. Officium.

C Tatuit ei dominus.

Oracio.

Conserua domine quesumus populum tuum intercessione beati bricii confessoris tui atque pontificis in tuo amore confisum, ut mereamur ipso intercedente consortes fieri celestium gaudiorum. Per.

Epistola.

Mnis pontifex.

Gradale.

E Cce sacerdos. Alleluya. V.

Euuangelium.

SInt lumbi.

1000

Offertorium.

I J Eritas.

Secretum.

HEc hostia domine sic tibi sit acceptabilis sicut beatus bricius ecclesie tue factus est confessor uenerabilis. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

R Efecti mense celestis collacione quesumus domine. ut beato bricio pontifice intercedente ab omni nos aduersitate defendas. Per.

In natali sancti machuti episcopi et confessoris. Officium.

S Acerdotes dei.

Oracio.

DEus lumen indeficiens sanctorum tuorum nos quesumus attolle beneficiis donorum atque consecuta abolicione peccatorum sancti interuentu machuti celestium infulis ascribe gaudiorum. Per.

Epistola.

H Abemus pontificem.

Gradale.

I Urauit. Alleluya. V. Inuen dauid. Require post festum sancti dyonisii.

Euuangelium.

I | Idete uigilate.

1002

Offertorium.

Secretum.

Nte conspectum magestatis/ tue quesumus omni- [fo. 282. ns deus munera nostra grata eniant et sancto machuto cedente peccatorum nosim remissio fiant. Per.

Communio.1

delis seruus.

Postcommunio.

uini percepcio sacramenti
famem domine quesumus a
s repellat animarum. et
ti machuti intercessio ad
tium perducat dulcedinem
arum. Per.

natali sancti edmundi archiepiscopi. Officium. atuit ei dominus.

Oracio.

Eus qui largiflue bonitatis consilio ecclesiam tuam edmundi confessoris tui e pontificis preclare uite tis decorasti: et gloriosis casti miraculis, concede famulis tuis ut et ipsius elius reformemur exemplis o omnibus eius patrocinio gamur aduersis. Per.

Epistola.

Gradale.

eni dauid. Alleluya. V. rauit dominus.

Euuangelium.

H Omo quidam peregre.

Offertorium.

Nueni dauid.

Secretum.

BEati edmundi confessoris tui atque pontificis quesumus domine precibus tibi munera offerenda complaceant. et oblata nobis proficiant ad salutem. Per.

Communio.

FIdelis seruus.

Postcommunio.

M Entes nostras quesumus domine susceptis robora sacramentis ut sicut eas beati edmundi confessoris tui atque pontificis dignatus es confortare miraculis sic eciam iuuare et illustrare digneris exemplis. Per.

In natali sancte Hilde uirginis. Officium.

DIlexisti iusticiam.

Oracio.

E Xaudi nos deus salutaris noster: ut sicut de beate hilde uirginis tue festiuitate gaudemus: ita pie deuocionis erudiamur affectu. Per.

Epistola.

Ui gloriatur.

Gradale.

DIlexisti. Alleluya. V. Diffusa.

Euuangelium.

Simile est regnum celorum thesauro.

Offertorium.

Fferentur.

Secretum et postcommunio. in seruicio unius uirginis.

Communio.

Iffusa est.

In octava sancti martini officium.

S Tatuit. Cetera sicut in die. preter sequentem oracionem.

Oncede quesumus omnipotens et misericors deus ut beati martini confessoris tui atque pontificis frequentata sollempnitas ad perpetuam populo tuo transeat salutem. et quem sepius ueneramur in terris, semper habeamus patronum in celis. Per.

Secretum.

TEc oblacio domine quesu-mus quam iterata sancti mus quam iterata sancti martini confessoris tui atque pontificis festiuitate offerimus tue magestati. prosit nobis ad/ indulgenciam. ut per [fo. 282. b. eam a nostris liberemur peccatis et sacris altaribus astare digni efficiamur. Per.

Communio

Idelis.

Postcommunio.

CAcramenta domine deus que Sumpsimus beato martino confessore tuo atque pontifice intercedente ab omni nos aduersitate defendant et perpetua prosperitate tibi soli seruire concedant. Per.

In natali sancti edmundi regis et martiris officium.

Etabitur iustus.

Oracio.

Eus ineffabilis misericordie qui beatissimum regem edmundum tribuisti pro tuo nomine inimicum moriendo propicius uincere: concede huic familie tue. ut eo interueniente. mereatur in se antiqui hostis incitamenta superando extinguere. Per.

Epistola.

REatus uir qui în sapiencia.

Gradale.

BEatus uir. Letabitur. Alleluya. 7.

Euuangelium.

CI quis uult.

Offertorium.

POsuisti.

Secretum.

HOc sacrificium redempcionis nostre quesumus omnipotens deus clementer respice et intercedente beato edmundo martire tuo pro hac familia tua placatus assume. Per.

1006

Communio.

Agna.

Postcommunio.

perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse ueneunt et unus ex illis non cadet super terram sine patre uestro. Uestri autem et capilli capitis: omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis uos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus: confitebor et ego eum coram patre meo: qui est in celis.

Secundum matheum.

N illo tempore: Circuibat I ihesus ciuitates omnes et castella: docens in synagogis eorum. et predicans euuangelium regni et curans omnem languorem et omnem infirmitatem. Uidens autem turbas misertus est eis: quia erant uexati et iacentes sicut oues non habentes pastorem. Tunc dixit discipulis suis. Messis quidem multa. operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis: ut adiciat operarios in messem suam. Euntes autem predicate dicentes: quia appropinquabit regnum celorum. Infirmos curate/mortuos [fo. 205. suscitate leprosos mundate. demones eicite. Gratis accepistis: gratis date. Ecce ego mitto uos: sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes: et simplices sicut columbe.

Secundum Lucam.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam: accipere sibi regnum et reuerti. Uocatis autem decem seruis suis: dedit illis decem mnas. Et ait ad illos.

Negociamini dum uenio. autem eius oderant illun miserunt legacionem post dicentes. Nolumus hunc re super nos. Et factum e rediret accepto regno. Et uocari seruos suos quibu derat pecuniam: ut sciret tum quisque negociatus Uenit autem primus dicens mine: mna tua decem mna quisiuit. Et ait illi. Euge bone: quia in modico fidelis: eris potestatem ha supra decem ciuitates. Et uenit dicens. Domine: mn fecit quinque mnas. Et huic Et tu esto supra quinque ci tes. Et alteruenit dicens. Dor ecce mna tua quam habu positam in sudario. Timui te: quia homo austerus, es. lis quod non posuisti et r quod non seminasti. Et dic De ore tuo te iudico: serue quam. Sciebas quod ego l terus homo sum: tollens non posui et metens quod seminaui. Et quare non de pecuniam meam ad usurar ego ueniens cum usuris ut exigissem1 illam? Et astant dixit. Auferte ab illo mnam date illi qui decem mnas ha Et dixerunt illi. Domine: h decem mnas. Dico autem ud quia omni habenti dabitu habundabit. Ab eo autem non habet: et quod uid habere auferetur ab eo. Ueru tamen inimicos meos illos noluerunt me regnare super adducite huc et interficite me. Et hiis dictis: preced iherosolimam.

ecundum Matheum.

tempore: Dixit ihesus pulis suis. Siquis uult post me: abneget semetiptollat crucem suam et ir me. Oui enim uoluerit n suam saluam facere:/ eam: Qui au- [fo. 295. b. erdiderit animam suam me: inueniet eam. Ouid rodest homini si mundum um lucretur, anime uero rimentum paciatur? Aut labit homo commutacioo anima sua. Filius enim s uenturus est in gloria sui cum angelis suis: et ddet unicuique secundum uum. Amen dico uobis idam de hic stantibus qui istabunt mortem: donec t filium hominis uenienregno suo.

Secundum Iohannem.

o tempore: Dixit ihesus pulis suis. Amen amen obis: nisi granum fruadens in terram mortuum ipsum solum manet. Si mortuum fuerit: multum n affert. Oui amat animam perdet eam. Et qui odit n suam in hoc mundo: in eternam custodit eam. michi ministrat: me se-Et ubi ego sum: illic et er meus erit. Siquis michi auerit: honorificabit eum neus: qui est in celis.

ecundum Iohannem.

o tempore: Dixit ihesus ipulis suis. Qui amat.

Secundum Iohannem.

N illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Ego sum uitis uera: et pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum: tolleteum. Et omnem qui fert fructum purgabit eum ut fructum plus afferat. Iam uos mundi estis: propter sermonem quem locutus sum uobis: Manete in me: et ego in uobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso nisi manserit in uite: sic nec uos nisi in me manseritis. Ego sum uitis: uos palmites. Qui manet in me : et ego in eo. Hic fert fructum multum: quia sine me nichil potestis facere. Siguis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes et arescet. et colligent eum et in ignem mittent et ardet. Si manseritis in me et uerba mea in uobis manserint: quodcumque uolueritis. petetis: et fiet uobis.

Offertorium.

DOsuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso uitam peciit a te tribuisti ei. alleluya.

Offertorium.

Loria et honore coronasti eum et J constituisti eum super opera manuum tuarum domine.

Offertorium.

In uirtute tua domine letabitur iustus et super salutare tuum exultabit uehementer/ de- [fo. 296. siderium anime eius tribuisti ei.

Offertorium.

Ustus ut palma florebit sicut cedrus que in libano est multiplicabitur.

Offertorium.

Confessio et pulcritudo in conspectu eius, sanctitas et magnificencia in sanctificacione eius,

In tempore paschali. Offertorium, Repleti sumus mane misericordia tua et exultauimus et delectati sumus. alleluya.

Secretum.

PResencia munera domine serena pietate intuere: ut sancti spiritus perfundantur benediccione. ut in nostris cordibus eam ualidius dileccionem infundant. per quam sanctus martir. N. omnia tormenta deuicit. Per. In unitate eiusdem.

Communio.

M Agna est gloria eius in salutari tuo gloriam et magnum decorem impones super eum domine.

Communio.

Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso.

Communio.

Oui uult uenire post me abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me.

Communio.

Oui michi ministrat me sequatur et ubi ego sum illic et minister meus erit.

In tempore paschali. Communio.

L Etabitur iustus in domino et sperabit in eo et laudabuntur omnes recti corde alleluya alleluya.

Communio.

E Go sum uitis uera et uos palmites. qui manet in me et ego in eum hic fert fructum multur luya alleluya.

Postcommunio.

Ouesumus domine deus ter: ut interueniente .N. martire tuo sacrosancta teria que frequentamus subsequamur et sensu. Pe

In natali plurimorum mart Officium.

I Ntret in conspectu tuo de gemitus compeditorum, uicinis nostris septuplum in eorum uindica sanguinem sanctuorum qui effusus est. Ps. uenerunt gentes.

Officium.

S Apienciam sanctorum na populi et laudem eorum na ecclesia nomina autem uiue seculum seculi. Ps. Exultat ti in domino.

Officium.

Salus autem iustorum a do et protector eorum est in ten tribulacionis. Ps. Noli emul malignantibus.

Officium.

Oquetur dominus pacem ir bem suam et super sanctos et in eos qui conuertuntur ad ip Ps. Benedixisti domine te tuam.

Officium.

M Ulte tribulaciones iustorur de omnibus hiis liberauit dominus dominus custodit o ossa eorum unum ex hiis non teretur. Ps. Benedicam.

1058

Officium.

udate pueri dominum laudate omen domini qui habitare terilem in domo matrem filioterantem. Ps. Sit nomen.

Officium.

i epulentur et exultent in conectu dei et delectentur in leti-Ps. Exurgat deus et dissir. V. Gloria patri.

Officium.

nete dominum omnes sancti us/ eius¹ quoniam [fo. 296. b. deest timentibus eum diuites unt et esurierunt inquirentes a dominum non deficient omni Ps. Benedicam dominum.

Officium.

ncti tui domine benedicent te. oriam regni tui dicent alleluya. Exaltabo te domine. Gloria

Officium.

amauerunt iusti et dominus exudiuit eos et ex omnibus tribunibus eorum liberauit eos. alle-Ps. Benedicam dominum,

Officium.

ce oculi domini super metuenes eum sperantes in misericorius alleluya, ut eripiat a morte as eorum quoniam adiutor et ctor noster est alleluya alleluya. Exultate iusti. V. Gloria.

Officium.

ti epulentur et exultent in conectu dei. et delectentur in leticia. Exurgat.

¹ Sic. repeated, M. WESTM, Oracio.

DEus qui hodiernam diem beatorum .N. et .N. martirum tuorum martirio consecrasti : da nobis salutem mentis et corporis. ut et illorum passioni sit ueneracio. ex nostra deuocione. et nobis auxilium proueniat de eorum sanctissima intercessione. Per.

Ad hebreos.

FRatres: Sancti per fidem uicerunt regna: operati sunt iusticiam adepti sunt repromissiones. Opturauerunt ora leonum: extinxerunt impetum ignis effugarunt aciem gladii conualuerunt de infirmitate. et fortes facti sunt in bello. Castra uerterunt exterorum acceperunt mulieres. de resurreccione mortuos suos. Alii autem distenti sunt non suscipientes redempcionem: ut meliorem inuenirent resurreccionem.

Ad hebreos.

SAncti ludibria et uerbera experti insuper et uincula et carceres. Lapidati sunt: secti sunt temptati sunt in occisione gladii mortui sunt. Circuierunt in melotis in pellibus caprinis. egentes. angustiati afflicti quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes: et in montibus. et in speluncis et in cauernis terre. Et hii omnes testimonio fidei probati inuenti sunt. In christo ihesu: domino nostro.

Leccio libri sapiencie.

I Ustorum anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormentum malicie. Uisi sunt oculis

MM

insipiencium mori et estimata est affliccio exitus illorum et quod a nobis est iter extermini1 illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum inmortalitate plena est. In/ paucis [fo. 297. uexati: in multis bene disponentur: quoniam deus temptauit eos et inuenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit illos et quasi holocausta hostie accepit illos: et in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt iusti: et tanquam scintille in arundineto discurrent. Iudicabunt naciones et dominabuntur populis: et regnabit dominus illorum imperpetuum.

Leccio libri sapiencie.

R Eddet deus mercedem laborum sanctorum suorum: et deducet illos in uia mirabili. Et fuit illis in uelamento diei: et in luce stellarum in nocte. Transtulit illos per mare rubrum: et transuexit illos per aquam nimiam. Inimicos autem illorum demersit in mare. et ab altitudine inferorum eduxit eos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorum: et decantauerunt domine nomen sanctum tuum. Et uictricem manum tuam laudauerunt pariter: domine deus noster.

Ad hebreos.

FRatres: Rememoramini pristinos dies in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum. Et in altero quidem obprobriis et tribulacionibus spectaculum facti: in altero autem socii taliter conuersancium effecti. Nam et uinctis compassi estis et rapinam bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis. cognoscentes uos habere meliorem et manentem substanciam. Nolite itaque amittere confidenciam uestram. que magnam habet remuneracionem. Paciencia enim uobis necessaria est. ut uoluntatem dei facientes. reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquantulum: qui uenturus est ueniet et non tardabit. Iustus autem meus: ex fide uiuit.

Leccio libri apocalipsis: beati lohannis apostoli.

IN diebus illis: Respondens unus de senioribus dixit michi. Hii qui amicti sunt stolis albis qui sunt et unde uenerunt. Et dixi illi. Domine mi tu scis. Et dixit michi. Hii sunt qui uenerunt de tribulacione, et lauerunt stolas suas, et dealbauerunt eas in sanguine agni. Ideo sunt ante thronum dei et seruiunt ei die ac nocte in templo eius. Et qui sedet in throno: habitat super illos. Non/esu-[fo. 297. b. rient neque sicient amplius: et non cadet super illos sol neque ullus estus, quoniam agnus qui in medio throni est reget illos et deducet illos ad uite fontes aquarum. Et absterget deus omnem lacrimam: ab oculis eorum.

Ad Corintheos.

Ratres: Benedictus deus et pater domini nostri ihesu christi. Pater misericordiarum et deus tocius ¹consolacionis qui consolatur nos in omni tribulacione nostra ut possimus et ipsi

1_1 Repeated, but struck through with red line.

non derelinquetur. Corpora eorum in pace sepulta sunt: et nomina eorum uiuent in secula. Sapienciam sanctorum narrabunt omnes populi: et laudem eorum pronunciat : omnis ecclesia sanctorum.

lari eos qui in omni pressunt per exhortacionem qua rtamur et ipsi a deo. Quosicut habundant passiones i in nobis, ita et per chrisnabundat consolacio nostra. tribulamur pro uestra excione et salute, siue conur pro uestra consolacione stintolleranciam¹earumdem onum quas et nos patimur es nostra firma pro uobis. tes quoniam sicut socii pasm estis, sic eritis et consola-In christo ihesu domino

Leccio libri sapiencie.

Usti imperpetuum uiuent et apud dominum est merces eorum et cogitacio illorum apud altissimum./ Ideo acci- | fo. 298. pient regnum decoris: et dyadema speciei de manu domini. Quoniam dextera sua teget eos et brachio sancto suo defendet illos. Accipient armaturam zeli illius et armabit creaturam ad ulcionem inimicorum. Induent pro thorace iusticiam : et accipient pro galea iudicium certum. Sument scutum inexpugnabile: equitatem ibunt directe promissiones. Sed ad certum locum deducet illos: dominus deus nos-

Leccio libri sapiencie.2

sapiencium gua ornat cienciam et os fatuorum t stulticiam. In omni loco: domini speculantur bonos los. Lingua placabilis liguite: que autem inmoest conteret spiritum. as iusti plurima fortitudo. fructibus impii conturbacio. sapiencium disseminabunt iam : cor stultorum dissim-Uictime ime3 impiorum ninabiles domino: um placabilia, Qui diligit iam dirigetur a domino.

Leccio libri sapiencie.1

EXpectacio iustorum leticia: spes autem impiorum peribit. Fortitudo simplicis uia domini: et pauor hiis qui operantur malum. Iustus ineternum non commouebitur: impii autem non habitabunt in terra. iusti parturit sapienciam: lingua prauorum peribit. Labia iusti considerant placita: et os impiorum peruersa. Simplicitas iustorum diriget eos: et supplantacio peruersorum uastabit illos. Iusticia rectorum liberabit eos: et in insidiis suis capientur iniqui. Iustus de angus-

Leccio libri sapiencie.4

i sunt uiri misericordie: nuorum iusticie obliuionem acceperunt. Cum semine permanent bona: herediancta nepotes eorum. Et tamentis stetit semen eoet filii eorum propter eos ineternum manent. Geneeorum et gloria eorum:

> ¹ [Proverb. x. 28-32; xi. 3, 6, 8-11.] M M 2

overb. xv. 2-4, 6-8.] ick through with black line. clesiastic. xliv. 10-15.]

tia liberatus est: et tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum suum: iusti autem liberabuntur sciencia. In bonis iustorum exaltabitur ciuitas: et in perdicione impiorum erit. laudacio. In benediccione iustorum: exaltabitur ciuitas.

Leccio libri sapiencie.1

/ Etuentes dominum sustinete misericordias eius: et non deflectatis ab illo ne cadatis. Oui timetis dominum credite illi: et non euacuabitur merces uestra. Qui timetis dominum sperate in illum: et in oblectacione ueniet uobis misericordia. Oui timetis dominum diligite illum: et illuminabuntur corda uestra. Respicite filii naciones hominum: et scitote quia nullus sperauit in domino et confusus est, permansit in mandatis eius et derelictus est. Aut quis inuocauit illum et despexit eum. Quoniam pius et misericors est : dominus deus noster.

Gradale.

G Loriosus deus in sanctis mirabilis in magestate faciens prodigia. V. Dextera tua domine glorificata est in uirtute dextera manus tua confregit inimicos.

Gradale.

E Xultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. V. Cantate domino canticum nouum; laus eius in ecclesia sanctorum.

Gradale.

U Indica domine sanguinem sanctorum tuorum qui/ [fo. 298. b.

1 [Ecclesiastic, ii. 7-13.]

effusus est. V. Posuerunt mortalia seruorum tuorum escas uolatlibus celi carnes sanctorum tuorum bestiis terre.

Gradale.

I Ustorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie. V. Uisi sunt oculis insipiencium mori illi autem sunt in pace.

Gradale.

Confitebuntur celi mirabilia tua domine, etenim ueritatem tuam in ecclesia sanctorum. V. Misericordias tuas domine ineternum cantabo in generacione et progenie.

Gradale.

CLamauerunt iusti et dominus exaudiuit eos. et ex omnibus tribulacionibus eorum liberauit eos.

V. Iuxta est dominus hiis qui tribulato sunt corde. et humiles spiritu saluabit.

Gradale.

A Nima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenancium. V. Laqueus contritus et nos liberati sumus adiutorium nostrum in nomine domini qui fecit celum et terram.

Gradale.

Timete dominum omnes sancti eius quoniam nichil deest timentibus eum. V. Inquirentes autem dominum non deficient omni bono.

Gradale.

Ecce quam bonum et quam in capite quod descendit in barbam barbam aaron. V. Mandauit dominus benediccionem et uitam

e in seculum. Alleluya. V. ti tui domine benedicent te am regni tui dicent. Alleluya. Sancti tui domine florebunt lilium, et sicut odor balsami t ante te. Alleluya. lete iusti in domino. rectos t collaudacio. Alleluya. V. bilis dominus noster in sanctis Alleluva. V. Exultabunt ti in gloria letabuntur in cubisuis. Alleluya. V. Confitebunceli mirabilia tua domine et atem tuam in ecclesia sanc-Alleluya. V. Te marticandidatus laudat excercitus ine. Alleluya. V. Letamini omino et exultate iusti, et gloriii omnes recti corde. Alleluya. Preciosa in conspectu domini sanctorum eius. Alleluya. V. exultacionis et salutis in taberlis iustorum. Alleluya. epulentur et exultent in contu dei delectentur in leticia. uya. V. Fulgebunt iusti et uam scintille in arundineto irrent ineternum. Alleluya. V. tent iusti in conspectu dei et ctentur in leticia.

Tractus.

Ui seminant in lacrimis in gaudio metent. V. Euntes t et flebant mittentes semina V. Uenientes autem uenient exultacione, portantes manipu-

Sequencia.

Cce pulcra canorum resonat uoce alleluya. Intimans rem ciuium inclitam. Celi qua um angelorum rutilant agmina. te. Sancte Sancte christo ouanroclamancia. Domini/ [fo. 299. gia qui secuti sunt ista degentes rra et post hanc inarcessibilem n. Sublimati cathedra apostolorum sancta fulgent collegia tribus et linguas iudicancia. Hii sunt milites qui mundi preliarunt bella. Stolis candidis martirum adornantur colla. Coronis albis coronantur sancti. Qui confitentes crediderunt iusta. Uel fide certantes. Respuerunt uana. Modo habent celestia regna. Ubi triumphant dicentes optima. Siue cantant psallentes carmina. Arte laudiflua. Uoce dulcissona. Regi christo submittentes colla. Multum recitaris laude spirituum. Atque iubilaris in choro uirginum. Alleluya. Dulcimode. Te decantant pudicum agmina. Laus tibi sit semper christe per omnia. Qui opitularis cantantes talia. pulcra. Alleluya. Et nos ipsi proclamantes una. Da nobis eterna regna florida. Ubi cantemus omnes alleluya.

Secundum Lucam.

N illo tempore: Descendens ihesus de monte: stetit in loco campestri et turba discipulorum eius et multitudo copiosa plebis ab omni iudea et iherusalem, et maritima, et tyri, et sydonis qui uenerant ut audirent eum et sanarentur a languoribus Et qui uexabantur a suis. spiritibus inmundis: curabantur. Et omnis turba querebat eum tangere: quia uirtus de illo exibat et sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos: dicebat. Beati pauperes: quia uestrum est regnum dei. Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cum uos oderint homines et cum seperauerint uos et exprobrauerint et eiecerint nomen uestrum tanguam malum prop. ter filium hominis. Gaudete in illa die: et exultate. Ecce enim merces uestra: multa est in celo.

Secundum Lucam.

I N illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Cum audieritis prelia et sediciones: nolite terreri. Oportet primum hec fieri: set nondum statim finis. Tunc dicebat illis. Surget gens contra gentem et regnum aduersus regnum. et terremotus magni erunt per loca. et pestilencie et fames, terrores que de celo et signa magna erunt. Set ante hec omnia inicient uobis manus suas et persequentur: tradentes in syna/go- [fo. 299. b. gas et custodias. trahentes ad reges et presides: propter nomen meum. Continget autem uobis: in testimonium. Ponite ergo in cordibus uestris non premeditari: quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo uobis os et sapienciam cui non poterunt resistere et contradicere omnes aduersarii uestri. Trademini autem a parentibus et fratribus et cognatis et amicis : et morte afficient ex uobis. Et eritis odio omnibus: propter nomen meum: et capillus de capite uestro non peribit. In paciencia uestra: possidebitis animas uestras.

Secundum Iohannem.

I N illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Ego sum uitis uera: et pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum: tollet eum. Et omnem qui fert

fructum purgabit eum: ut tum plus afferat. Iam mundi estis propter sermo quem locutus sum Manete in me: et ego in u Sicut palmes non potest fructum a semetipso nisi n serit in uite : sic nec uos ni me manseritis. Ego sum u uos palmites. Qui mane me: et ego ineeo.1 Hic fructum multum quia sine nichil potestsi facere. Siqu me non manserit mittetur f sicut palmes et arescet et ligent eum et in2 mitten ardet. Si manseritis3 me uerba mea in uobis manser quodcumque uolueritis pe et fiet uobis.

Secundum Lucam.

N illo tempore: Dixit ih discipulis suis. Attendi fermento phariseorum: quoc ypocrisis. Nichil enim oper quod non reueletur neque conditum quod non Quoniam que in tenebris istis: in lumine dicentur. que in aure locuti estis in ilibus: predicabitur in te Dico autem uobis amicis m ne terreamini ab hiis qui dunt corpus et post hec habent amplius quid fac Ostendam autem uobis: q timeatis. Timete eum qui p quam occiderit habet potesta mittere in gehennam. Ita uobis: hunc timete. quinque passeres ueneunt ondio: et unus ex illis not

¹ Sic.

² ignem: omitted in MS.
3 in: omitted in MS.

1070

bliuione coram deo./ [fo. 300. et capilli capitis uestri: es numerati sunt. Nolite timere: multis passeribus s estis. Dico autem uobis: is quicumque confessus t me coram hominibus: et s hominis confitebitur illum: m angelis dei.

Secundum Marcum.

illo tempore: Egrediente iesu de templo: ait illi ex discipulis suis. Magister ce quales lapides et quales cture? Et respondens ihesus: llis. Uides has omnes magedificaciones? Non relinqueapis super lapidem qui non ruatur. Et cum sederet in te oliuarum contra templum: rogabant eum seperatim peet iacobus, et iohannes et reas. Dic nobis quando ista t et quod signum erit aduentui. et quando hec omnia pient consummari. Et rendens ihesus cepit dicere illis. ete: nequis uos seducat. ti enim uenient in nomine dicentes quia ego sum : et icent multos. Cum autem ieritis bella et oppiniones orum: ne timueritis. Oportet n fieri: set nondum finis. irget autem gens super genet regnum 'super regnum' et nt terremotus per loca et es. Inicium dolorum hec. ete autem: uosmetipsos. Trat uos in consiliis: et in synais uapulabitis. Et ante reges resides stabitis propter me: estimonium illis. Et in omnes tes: primum oportet predi-Repeated, but struck out with red

cari euuangelium. Et cum duxerint uos tradentes: nolite precogitare quid loquamini: set quod datum fuerit uobis in illa hora id loquimini. Non enim estis uos loquentes: set spiritus sanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem: et pater filium. Et consurgent filii in parentes et morte afficient eos. Et eritis odio omnibus: propter nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem: hic saluus erit.

Secundum matheum.

IN illo tempore: Uidens turbas ihesus: ascendit in montem. Et cum sedisset: accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum: docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent : quoniam ipsi conso-/ [fo. 300. b. labuntur. Beati qui esuriunt et siciunt iusticiam: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum uidebunt. Beati pacifici : quoniam filii dei uocabuntur. Beati qui persecucionem paciuntur propter iusticiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati estis cum maledixerint uobis homines et persecuti uos fuerint et dixerint omne malum aduersum uos: mencientes propter filium hominis. Gaudete in illa die. et exultate: quoniam merces uestra: multa est in celis.

Secundum matheum.

I N illo tempore Sedente ihesu super montem oliueti: acces-

secreto dicentes: Dic nobis quando hec erunt et quod signum aduentus tui et consummacionis seculi: Et respondens ihesus: dixit eis. Uidete nequis uos seducat. Multi enim uenient in nomine meo dicentes ego sum christus: et multos seducent. Audituri enim estis prelia: et opiniones preliorum. Uidete ne turbemini. Oportet enim hec fieri: set nondum est finis. Consurget autem gens in gentem et regnum in regnum: et erunt pestilencie et fames et terremotus per loca. Hec autem omnia: inicia sunt dolorum. Tunc tradent uos in tribulacionem et occident uos : et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scanda-

Secundum Lucam.

lizabuntur multi et inuicem tra-

dent, et odio habebunt inuicem.

Et multi pseudo prophete sur-

gent: et seducent multos. Et

quoniam habundauit iniquitas:

refrigescet caritas multorum. Qui

autem perseuerauerit usque in

finem: hic saluus erit.

Nillo tempore: Eleuatis ihesus loculis: in discipulos suos: dicebat. Beati pauperes: quia uestrum est regnum dei. Beatiqui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cum uos oderint homines et cum seperauerint et exprobrauerint et eiecerint nomen uestrum tanguam malum: propter filium hominis. Gaudete in illa die: et exultate. Ecce enim merces uestra: multa est in celo.

Secundum matheum.

I N illo tempore ! Dixit ihesus discipulis suis. Cum persequentur uos in ciuitate ista: fugite in aliam./ Amen [fo. 301. dico uobis: non consummabitis ciuitates israel donec ueniat filius hominis. Non est discipulus super magistrum: nec seruus super dominum suum. Sufficit discipulo ut sit sicut magister eius: et seruo sicut dominus eius. Si patremfamilias beelzebub uocauerunt: quantomagis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos.

Secundum Lucam.

I N illo tempore : Dixit ihesus discipulis suis. Ponite in cordibus uestris non premeditari: quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo uobis os et sapienciam: cui non poterunt resistere et contradicere omnes aduersarii uestri. Trademini autem a parentibus et fratribus et cognatis et amicis: et morte afficient ex uobis. Eritis odio omnibus: propter nomen meum. Et capillus de capite uestro: non peribit. In paciencia uestra: possidebitis animas uestras.

[Secundum Lucam1]

I N illo tempore: Dicebat ihesus turbis phariseorum et principibus iudeorum. Ue uobis qui edificatis monumenta prophetarum: patres autem uestri occiderunt illos. Profecto testificamini: quod consentitis operibus patrum uestrorum. Quoniam quidem ipsi eos occiderunt : uos

¹ Omitted in MS.

autem edificatis eorum sepulchra. Propterea et sapiencia dei dixit. Mittam ad illos prophetas et apostolos: et ex illis occident et persequentur ut inquiratur sanguis omnium prophetarum qui effusus est a constitucione mundi. a generacione ista. A sanguine abel iusti: usque ad sanguinem zacharie qui periit inter altare et edem. Ita dico uobis: requiretur ab hac generacione. Ue uobis legis peritis: quia tulistis clauem sciencie. Ipsi non introistis: et eos qui introibant prohibuistis. Cum hec ad illos diceret: ceperunt pharisei et legis periti grauiter insistere et os eius opprimere de multis insidiantes ei. Et querentes capere aliquid ex ore eius: ut accusarent illum.

Offertorium.

L Etamini in domino et exultate iusti et gloriamini omnes recti corde.

Offertorium.

E Xultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis exultaciones dei in faucibus eorum.

Offertorium.

A Nima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenancium laqueus contritus est et nos liberati sumus.

Offertorium.

G Loriabuntur in te omnes qui/ diligunt nomen tuum. [fo. 301.b. quoniam tu domine benedices iusto. domine ut scuto bone uoluntatis tue coronasti eos.

Offertorium.

M Irabilis deus in sanctis suis deus israel ipse dabit uirtutem

1074

et fortitudinem plebi sue benedictus deus alleluya alleluya.

Offertorium.

Confitebuntur celi mirabilia tua domine et ueritatem tuam in ecclesia sanctorum alleluya alleluya.

Secretum.

Suscipe quesumus domine munera populi tui pro martirum festiuitate sanctorum: et sincero nos corde fac eorum nataliciis interesse. Per.

Communio.

I Ustorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie. uisi sunt oculis insipiencium mori illi autem sunt in pace.

Communio.

M Ultitudo languencium, et qui uexabantur a spiritibus inmundis ueniebant ad eum quia uirtus de illo exibat et sanabat omnes.

Communio.

A Nima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenancium.

Communio.

A Men dico uobis quod uni ex minimis meis fecistis michi fecistis uenite benedicti patris mei possidere preperatum uobis regnum ab inicio seculi.

Communio.

Posuerunt mortalia seruorum tuorum domine escas uolatilibus celi carnes sanctorum tuorum bestiis terre. secundum magnitudinem brachii tui posside filios morte punitorum.

Communio.

BEati mundo corde. quoniam ipsi deum deum¹ uidebunt. beati

1 Sic twice.

pacifici. quoniam filii dei uocabuntur. beati qui persecucionem paciuntur propter iusticiam: quoniam ipsorum est regnum celorum.

Communio.

ET si coram hominibus tormenta passi sunt deus temptauit eos tanquam aurum in fornace probauit eos et quasi holocausta accepit eos.

Communio.

DIco autem uobis amicis meis ne terreamini ab hiis qui uos persequntur.¹

Communio.

Quod dico uobis in tenebris dicite in lumine dicit dominus et quod in aure auditis: predicate super tecta.

Communio.

Quicumque fecerit uoluntatem patris mei qui in celis est ipse meus frater soror et mater est dicit dominus.

Communio.

S Igna eos qui in me credent hec sequentur demonia eicient super egros manus imponent et bene habebunt.

In tempore paschali. Communio.

Audete iusti in domino alleluya rectos decet collaudacio alleluya.

Communio.

E Go sum uitis uera. ut supra unius martiris.

Postcommunio.

SAcramentorum tuorum domine participacione letantes. suppliciter exoramus: ut quorum

1076

merita celebrare condonas.eorum nos facias unitari constanciam. Per.

In natali unius confessoris. Officium.

S Tatuit ei dominus testamentum pacis et principem fecit eum ut sit illi sacerdocii dignitas [fo. 302. ineternum. Ps. Misericordias domini. Gloria.

Officium.

S Acerdotes tui domine induant iusticiam. et sancti tui exultent propter dauid seruum tuum non auertas faciem christi tui. Ps. Memento domine dauid. Gloria.

Aliud officium.

S Acerdotes dei benedicite dominum. sancti et humiles corde laudate deum. Ps. Benedicite omnia. Gloria.

Officium.

S Acerdotes eius induant' salutari, et sancti eius exultacione exultabunt. Ps. Memento domine. Gloria.

Oracio.

DEus qui hodiernam diem sanctissimam nobis in beati. N confessoris tui celebrare concedis: adesto propicius ecclesit tue precibus ut cuius gloriatur meritis muniatur suffragiis, Per.

Leccio libri sapiencie.2

E Cce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo: et inuentus est iustus. Et in tempore iracundie, factus est reconsiliacio. Non est inuentus similis illi: qui conseruaret legem

¹ Sic.

^{2 [}a cento from Ecclesiasticus.]

1078

lsi. Ideo iureiurando: fecit n dominus crescere in plebem n. Benediccionem omnium ium dedit illi: et testamensuum confirmauit super caeius. Cognouit eum in beccionibus suis: conseruauit nisericordiam suam etinuenit iam coram oculis domini. mificauit eum in conspectu m: et dedit illi coronam ie. Statuit illi testamentum piternum: et dedit illi sacerum magnum et beatificauit n in gloria. Fungi sacero: et habere laudem in ine ipsius. Et offerre illi nsum dignum: in odorem litatis.

Leccio libri sapiencie.1

Edit dominus confessionem sancto suo: et excelso uerbo De omni corde suo lauit dominum: et dilexit m qui fecit illum. Et dedit contra inimicos potenciam: stare fecit cantatores ante re: et in sonos eorum dulces modulos. Et dedit in celecionibus decus: et ornauit pora usque ad consummaem uite, christus purgauit cata ipsius: et exaltauit innum cornu ipsius. Sapiencia labit animam suam: et in ino honorabitur, et in medio uli sui gloriabitur. Et in esiis altissimi aperiet os n: et in conspectu uirtutis gloriabitur. Et in medio ili sui laudabitur: et in/ itudine sancta [fo. 302. b.

Ecclesiastic. xlvii. 7-13; xxiv. 1-4.]

admirabitur. Et in multitudine electorum habebit laudem dei: et inter benedictos: benedicetur.

Leccio libri sapiencie.1

Ecce sacerdos magnus qui in uita sua curauit gentem suam: et liberauit illam a perdicione. Qui suffulsit domum: et in diebus suis coroborauit templum. Qui preualuit amplificare ciuitatem: et adeptus est gloriam in conuersacionem gentis. Quasi stella matutina in medio nebule: et quasi luna plena in diebus suis lucet et quasi sol refulgens sic ille effulsit in templo dei. Quasi arcus refulgens inter nebulas glorie: et quasi flos rosarum in diebus uerni.2 Quasi lilia que sunt in transitu aque: et quasi thus redolens in diebus estatis. Quasi ignis effulgens et thus ardens in igne: et quasi uas auri solidum ornatum omni lapide precioso. Quasi oliua pululans et cypressus in altitudinem se tollens in accipiendo illum stolam glorie. Et uestiri eum consummacionem uirtutis: in ascensu altaris sancti gloriam dedit sanctitatis amictum. In accipiendo autem partes de manu sacerdotum et ipse stans iuxta aram porrexit manum suam. in libacionem: et libauit odorem diuinum excelso principi. iterauit oracionem suam uolens ostendere uirtutem dei : qui fecit nobiscum secundum suam misericordiam. Ut det nobis iocunditatem cordis et fieri pacem in diebus nostris in israel: per dies sempiternos.

2 Sic.

^{1 [}a cento from Ecclesiastic. 1.]

Leccio epistole beati pauli apostoli. Ad hebreos.

FRatres: Habemus pontificem: qui consedet in dextera sedis magnitudinis in celis. sanctorum minister, et tabernaculum ueri quod fixit deus et non homo. Omnis enim pontifex ad offerenda munera et hostias constituitur. Unde necesse est et hunc habere aliquid quod offerat. Si ergo esset super terram: nec esset sacerdos cum essent qui offerent secundum legem munera qui exemplari et umbre deseruiunt celestium. Sicut responsum est moysi, cum consummaret tabernaculum. Uide inquid omnia facito secundum exemplar: guod tibi ostensum est in monte.

Ad hebreos.

Ratres: Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constitu/itur [fo. 303. in hiis que sunt ad deum: ut offerat dona et sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit hiis qui ignorant et errant : quoniam et ipse circumdatus est infirmitate. Et propterea debet quemadmodum et pro populo. ita eciam et pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumat sibi sibi1 honorem set qui uocatur a deo tanguam aaron quemadmodum scriptum est. Tu es sacerdos ineternum: secundum ordinem melchisedech.

Leccio malachie prophete.

HEc dicit dominus. Scitis quia misi ad uos mandatum istud: ut esset pactum meum

1 Sic, repeated.

1080

cum leui: dicit dominus excercituum. Pactum meum fuit cum eo: uite et pacis. Et dedi ei timorem et timuit me. et a facie nominis mei pauebat. Lex ueritatis fuit in ore eius: et iniquitas non est inuenta in labiis eius. In pace et in equitate ambulauit mecum: et multos auertit ab iniquitate. Labia enim sacerdotis custodiunt scienciam. et legem requirunt ex ore eius: quia angelus domini excercituum est.

Leccio libri sapiencie.

Ustum deduxit dominus per uias rectas: et ostendit illi regnum dei, et dedit illi scienciam sanctorum. Honestauit illum in laboribus et compleuit labores illius. In fraude circumueniencium illum affuit : et honestum fecit illum. Custodiuit eum ab inimicis: et a seductoribus tutauit illum. Et certamen forte dedit illi ut uinceret: et sciret quoniam omnium potencior est sapiencia. Hec uenditum iustum non dereliquid: set a peccatoribus liberauit eum. Descendit que cum illo in foueam : et in uinculis non dereliquid eum. donec afferret illi sceptrum regni et potenciam aduersus eos qui eum deprimebant. Et mendaces ostendit: qui maculauerunt eum. Et dedit illi claritatem eternam : dominus deus noster.

Leccio libri sapiencie.

OPtaui et datus est michi sensus. Et inuocaui: et uenit in me spiritus sapiencie. Et proposui illam regnis et sedibus et diuicias nichil esse dixi in

dauid: paraui lucernam christo meo.

Alleluya. V. Inueni dauid seruum

paracione illius. Nec comaui illi lapidem preciosum: niam omne aurum in comacione illius arena est exigua tanquam lutum estimabitur entum/in conspectu fo. 303.b. s. Super salutem et speciem xi illam. et proposui pro luce ere illam: quoniam inextinoile est lumen eius. Uenet michi omnia bona pariter illa: et innumerabilis honesper manus illius. Et letatus in omnibus quoniam anteebat me ista sapiencia: et orabam quoniam omnium er est. Ouam sine ficcione ci et sine inuidia communii: et honestatem illius non condo. Infinitus est enim saurus hominibus quo qui sunt: principes facti sunt cicie dei.

Gradale.

Cce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. V. Non inuentus similis illi qui conseruaegem excelsi.

Gradale.

ueni dauid seruum meum oleo ancto meo unxi eum manus enim auxiliabitur ei. et brachium ım confortabit eum. V. Nichil iciet inimicis in eo. et filius iniatis non nocebit eum.

Gradale.

frauit dominus et non penitebit um tu es sacerdos ineternum sedum ordinem melchisedech. V. it dominus domino meo, sede a tris meis.

Gradale.

Acerdotes eius induant¹ salutari. et sancti eius exultacione exulta-

meum oleo sancto meo unxi eum. Alleluya. V. Disposui testamentum electis meis iuraui dauid seruo meo. Alleluya. V. Elegit te dominus sibi in sacerdotem magnum in populo suo. Alleluya. V. Iurauit dominus et non penitebit eum tu es sacerdos ineternum secundum ordinem melchisedech. Alleluya. V. Amauit eum dominus et ornauit eum stola glorie induit eum.

Tractus.

BEatus uir qui timet.

Sequencia.

A Lma cohors una laudum sonora nunc prome preconia. Alleluya. Quibus en insignis rutilat augustinus ut luna sol que sydera. Meritorum et mirifica radians idem sacra prerogatiua. Hunc nam sophie mistica ornarunt mire dogmata qua fulsit nitida luculenter perampla orbis climata. Uerbi necnon fructifera seuit diuini semina mencium per arua. pellendo quoque cuncta noctis nubila. Hic famina fundens diua utpote celestia ferens in se numina. Sublimauit catholica uehementer culmina. sancta per eloquia. Hiis nempe celsa compos gloria nunc exultat inter letabunda celicolarum ouans contubernia. Sublimis extat sede supera fruens uita semper inexhausta sat per saluberrima christi pascua. O dignum cuncta fo. 304. laude precelsa. Presulem tanta nactum gaudia. Uirtutum propter merita quibus uiguit ardens uelud lampada. Nos uoce clara hunc et iocunda. Dantes oremus preces et uota. Qui nobis ferat commoda impetret et eterna poscens premia, Quod petit presens caterua presulum gemma. Deuota rependens munia mentis sincera. Fauendo sibi precum instancia silicet ut polorum intret limina. Quo nam intra palacia stantes supprema. Leti gratulentur adepti polorum regna. Qui tua presul sistentes hac aula jubilemus

adepti polorum regna. Qui tua presul sistentes hac aula iubilemus ingenti cum leticia. Recinentes dulcia nunc celsa que alleluya.

Secundum Matheum.

I N illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Uigilate quia nescitis qua hora dominus uester uenturus sit. Illud autem scitote: quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur ueniret uigilaret utique et non sineret perfodi domum suam. Ideoque et uos estote parati : quia 'qua ho' qua hora nescitis filius hominis uenturus est. Quis putas est fidelis seruus et prudens quem constituet dominus suus super familiam suam ut det illis cibum in tempore? Beatus. ille seruus: quem cum uenerit dominus eius inuenerit sic facientem. Amen dico uobis: quoniam super omnia bona sua: constituet eum.

Secundum marcum.

I N illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Uidete uigilate: et orate. Nescitis enim: quando tempus sit. Sicut homo qui peregre proficiscens reliquid domum suam et dedit seruis suis potestatem cuiusque operis: et ianitori precepit ut uigilet. Uigilate ergo. Nescitis enim: quando dominus domus ueniat. Sero an media nocte. an gallicantu an mane. Ne cum uenerit repente: inueniat uos dormientes. Quod autem dico: omnibus dico uigilate.

1_1 Struck through with red line.

Secundum Lucam.

I N illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Nolite timere pusillus grex: quoniam complacuit patri uestro dare uobis regnum. Uendite que possidetis et date elemosinam. Facite uobis sacculos qui non ueterascunt: thesaurum non deficientem in celis quo fur non appropiat neque tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus uester est: ibi et cor uestrum erit.

Secundum Lucam.

I N illo. tempore : Dixit ihesus discipulis./ suis. [fo. 304 b. Sint lumbi uestri precincti: et lucerne ardentes in manibus uestris. Et uos similes hominiexpectantibus dominum suum: quando reuertatur a nupciis. Ut cum uenerit et pulsauerit: confestim aperiant ei. Beati serui illi : quos cum uenent dominus inuenerit uigilantes Amen dico uobis quod precinget se et faciet illos discumbere et transiens ministrabit illis. Et si uenerit in secunda uigilia et si in tercia uigilia uenerit et ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autem scitote: quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur ueniret: uigilaret utique et non sineret perfodi domum suam. Et uos estote parati: quia qua hora non putatis: filius hominis ueniet. Ait autem ci petrus. Domine ad nos dicis hanc parabolam an ad omnes? Dixit autem dominus. Quisputas est fidelis dispensator et prudens quem constituet dominus suus super familiam suam ut det

tempore tritici mensuram. s illi seruus: quem cum t dominus inuenierit itaita1 tem. Amen dico uobis: upra omnia que possidet : tuet eum.

Matheum.

lo tempore: Dixit ihesus cipulis suis. Uos estis sal Ouod si sal euanuerit: in dietur? Ad nichilum ualet nisi ut foras mittatur et lcetur ab hominibus. Uos lux mundi. Non potest s abscondi supra montem : neque accendunt luceret ponunt eam sub modio per candelabrum ut luceat ous qui in domo sunt. Sic lux uestra coram hominiut uideant opera uestra et glorificent patrem uesqui in celis est. Nolite : quia ueni soluere legem ophetas. Non ueni soluere: dimplere. Amen quippe obis: donec transeat celum a iota unum aut unus apex eteribit a legedonec omnia Oui ergo soluerit unum de atis istis minimis: et dosic homines. minimus itur in regno celorum. Qui fecerit et docuerit: hic is uocabitur in regno ce-

undum Lucam. | [fo. 305. lo tempore: Dixit ihesus ripulis suis. Qui uos audit: idit. Et qui uos spernit: pernit. Oui autem me t: spernit eum qui me Reuersi sunt autem septa duo: cum gaudio dicentes. Domine: eciam demonia subiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis. Uidebam sathanan: sicut fulgur de celo cadentem. Ecce dedi uobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones: et supra omnem potestatem inimici: et nichil uobis nocebit. Uerumptamen in hoc nolite gaudere: quia spiritus uobis subiciuntur. Gaudete autem quod nomina uestra: scripta sunt in celis.

Secundum Matheum.

I N illo tempore : Dixit ihesus discipulissuis parabolam hanc. Homo quidam peregre proficiscens: uocauit seruos suos et tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta: alii autem duo. alii uero unum. Unicuique secundum propriam uirtutem: et profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta acceperat: et operatus est in eis et lucratus alia quinque. Similiter qui duo acceperat. lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat: abiens fodit in terram et abscondit pecuniam domini sui. Post multum uero temporis uenit dominus seruorum illorum et posuit racionem cum eis. Et accedens qui qui¹ quinque talenta acceperat: optulit alia quinque talenta dicens. Domine: quinque talenta tradidisti michi: ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone et fidelis quia super pauca fuisti fidelis supra multa te constituam. Intra in gaudium domini tui. Accessit autem et qui duo talenta acceperat: et

Offertorium.

D'Esiderium anime eius tri ei domine et uoluntate labi eius non fraudasti eum. posui capite eius coronam de lapide cioso.

Secretum.

OBlacio quam tibi offer domine nos purget ab o crimine, quo per eius inte sionem sacram recolimus fes tatem eternam mereamur sequi felicitatem. Per,

Communio.

Beatus seruus quem cum ue dominus inuenerit uigilar amen dico uobis super omnia sua constituet eum.

Communio.

Fidelis seruus et prudens of constituet dominus super liam suam ut det illis in tem tritici mensuram.

Communio.

Domine quinque talenta trad michi ecce alia quinque s lucratus sum. euge serue fid quia in pauca fuisti fidelis s multa te constituam, intra in dium domini tui.

Communio.

Semel iuraui in sancto me dauid menciar semen eiu eternum manebit et sedes eius sol in conspectu meo et sicut perfecta ineternum et testis in fidelis.

Postcommunio.

Pignus eterne deus uite et capientes domine hum imploramus, ut intercedente

didisti michi: ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone et fidelis: quia super pauca fuisti fidelis. supra multa te constituam. Intra in gaudium: domini tui.

Secundum matheum.

In illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Uos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita; neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio. set super cande/labrum. ut lu- [fo. 305. b. ceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra coram hominibus ut uideant opera uestra bona. et glorificent patrem uestrum: qui in celis est.

Secundum Lucam.

In illo tempore: Eleuatis ihesus oculis: in discipulos suos dicebat. Beati pauperes spiritu: quia uestrum est regnum dei. Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cum uos oderint homines. et cum seperauerint uos et exprobrauerint et eiecerint nomen uestrum tanquam malum propter filium hominis. Gaudete in illa die: et exultate. Ecce enim merces uestra: multa est in celo.

Offertorium.

I Nueni daud seruum meum et in oleo sancto meo unxi eum manus enim mea auxiliabitur ei. et brachium meum confortabit eum,

Offertorium.

U Eritas mea et misericordia mea cum ipso. et in nomine meo exaltabitur cornu eius.

1090

N confessore tuo quod in ine contingine¹ contingimcramenti manifesta particine sumamus. Per.

s confessoris non pontificis oracio.

esto domine precibus nosris quas in sancti .N conis tui sollempnitate deferi-/ ut qui nostre [fo. 306, ie fiduciam non habemus, ui tibi placuit precibus et is adiuuemur. Per.

Secretum.

cipe quesumus domine hosm redempcionis humane ercedente beato .N. confesuo salutem nobis et mentis poris placatus operare. Per.

Postcommunio.

esta quesumus omnipotens eus ut cuius festiuitate a sunt sacramenta eius salunobis intercessione reddan-Per.

atali unius confessoris et doctoris. Oracio.

us qui beatum .N. confesprem tuum doctorem pren catholice fidei predicaeligere dignatus es presta mus: ut ipso pro nobis edente: peccatorum nosn mereamur exui malis. et lomino sinceris mentibus ari. Per.

Secretum.

cipedominesacrificium placionis et laudis quod nos eniente sancto .N confes-Struck out by black line. sore tuo. et perducat ad ueniam et in perpetuam graciarum constituat accionem. Per.

Postcommunio.

SUmentes domine salutaria sacramenta, quesumus ut eius nos tribuas subsequi documenta cuius celebramus gloriosa sollempnia. Per.

In translacione oracio.

DEus qui hunc diem sanctissimum .N. confessoris tui translacione decorasti: fac nos eius meritis in sanctorum tuorum societatem transferri. Per.

Secretum.

In sancti .N. confessoris tui domine sollempnitate nos hec oblacio pietati tue reddat acceptos ut sicut illum beata retribucio ita nos gracie tue comitetur miseracio. Per.

Postcommunio.

I Mpetret quesumus domine fidelibus tuis auxilium tuum oracio sancti N. confessoris tui et celestis percepcio sacramenti ut in cuius sunt celebritate deuoti. fiant eius perpetua societate participes. Per.

In natali unius abbatis officium.

Os iusti meditabitur sapienciam et lingua eius loquetur iudicium lex dei eius in corde ipsius. *Ps.* Noli emulari.

Aliud.

I Ustus ut palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur plan-

NN

tatus in domo domini in atriis domus dei nostri. Ps. Bonum est confiteri domino: et psallere. nomen tuum altissime.

Oracio.

Eus qui in sanctorum tuorum meritis semper es mirabilis quesumus clemenciam tuam :/ ut sicut beato .N. con- [fo. 306. b. fessori tuo atque abbati. eminentem gloriam contulisti. sic ad consequendam misericordiam tuam eius nos facias precibus adiuuari. Per.

Leccio libri sapiencie.1

Ustus cor suum tradet ad uigilandum diluculo. ad dominum qui fecit illum : et in conspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oracione: et pro delictis suis deprecabitur. Si enim dominus magnus uoluerit: spiritu intelligencie replebit illum. Et ipse tanquam ymbres mittet eloquia sapiencie sue: et in oracione confitebitur domino. Et ipse diriget consilium eius et disciplinam et in absconditis suis consiliabitur. Et ipse palam faciet disciplinam doctrine sue: et in lege testamenti domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapienciam eius: et usque in seculum non delebitur. Non recedet memoria eius: et nomen eius requiretur: a generacione in generacionem.

Leccio libri sapiencie.2

BEnediccio domini supercapud iusti ideo deditilli hereditatem et diuisit ei partem in tribubus

[Ecclesiastic. xxxix. 6-14.] Ecclesiastic. xliv. 26, 27; xlv. 2-6, duodecim et inuenit gracia conspectu omnis carnis. Et nificauit eum in conspectu i corum et in uerbis suis mo placauit. Glorificauit illu conspectu regum: et ostene gloriam suam. In fide et les ipsius sanctum fecit illum e git eum ex omni carne. illi precepta et legem uite e cipline: et excelsum fecit Statuit ei testamentum se ternum: et circumcinxit zona iusticie. Et induit eun minus: corona glorie,

Leccio libre sapiencie.1

Ilectus deo et homin cuius memoria in ben cione est. Similem fecit illugloria sanctorum: et magnifi eum in timore inimicorum in uerbis suis monstra plac Glorificauit eum in const regum: et unxit illum co populo suo et ostendit illi riam suam. In fide et len ipsius sanctum fecit illum elegit eum ex omni carne. diuit enim uocem ipsius e duxit illum in nube. Et illi cor ad precepta: et le uite: et discipline.

Gradale.

Omine preuenisti eum in diccionibus dulcedinis po in capite eius coronam de l precioso. V. Uitam peciit et tri ei longitudinem dierum in sec seculi./

Gradale.

Ustus ut palma florebit sicu drus libani multiplicabitur.

1 [Ecclesiastic. xlv. 1-6.]

anciandum mane misericordiam n et ueritatem tuam per noctem.

Gradale.

S iusti meditabitur sapienciam et lingua eius loquetur iudin. V. Lex dei eius in corde is. et non supplantabuntur greseius. Alleluya. V. Iustus gerabit sicut lilium et florebit innum ante dominum. Alleluya. Iustus ut palma florebit sicut us libani multiplicabitur. Alle. V. Disposui testamentum elecneis: iuraui dauid seruo meo.

In tempore paschali.

Sequencia.

Rganicis canamus modulis nunc benedicti sollempnia. Omnigenis ino uocibus reddentes odas de-. Qui in suis sanctis mirabilis s multiplici uirtutum flore eosdecorat ac mirifice adornat. et in ipsis quasi quibusdam cis instrumentis digitos proprios agitat fides uirtutum sonora. numerose percurrens singulas. niscet singulis dyatesseron melli-1 melodiam. Quam generat mairtutum illa. Que aliis decenter osita reddit suauem sympho-. Quasine cuncta. Fiunt dissona. ion et friuola. Qua cum omnia. t consona. Necnon utilia. Qua bene. Morati rite. Petentes expoli sydera. Alacres decantant cantica in cythara treicia. um agentes festa consorcium amur in celesti patria.

Secundum Lucam.

I N illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Nemo lucernam accendit et in abscondito ponit neque sub modio set super candelabrum: ut qui ingrediuntur lumen uideant. Lucerna corporis tui: est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit: eciam corpus tuum tenebrosum erit. Uide ergo ne lumen quod in te est: tenebre sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit non habens aliquam partem tenebrarum erit lucidum totum. Et sicut lucerna fulgoris: illuminabit te.

Secundum matheum.

N illo tempore: Dixit simon petrus ad ihesum. Ecce nos reliquimus omnia: et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis. Ihesus autem dixit eis. Amen dico uobis quod uos qui secuti estis me. in regeneracione cum sederit filius/ hominis [fo. 307. b. in sede magestatis sue sedebitis et uos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel. Et omnis qui reliquerit domum uel fratres aut sorores, aut patrem aut matrem aut filios aut agros propter nomen meum. centuplum accipiet et uitam eternam possidebit.

Euuangelium.

TOs estis lux mundi.

Secretum.

BEati .N confessoris tui atque abbatis precibus hec tibi domine grata reddatur oblacio. et

per eam nostrum purifica famulatum. Per.

Postcommunio.

Uos donis celestibus domine saciasti sancti confessoris tui atque abbatis attolle presidiis: ut a noxiis omnibus expediti. post salutaria tua toto corde curramus. Per.

Innatali plurimorum confessorum officium.

S Acerdotes eius.

Oracio.

M Agnificantes domine cle-menciam tuam suppliciter exoramus: ut qui nos sanctorum confessorum tuorum N. et .N. facis nataliciis interesse : perpetuis tribuas gaudere suffragiis. Per.

Ad hebreos.

FRatres: Plures facti sunt sacerdotes secundum legem : iccirco quod morte prohiberentur permanere. Ihesus autem eo quod maneat ineternum: sempiternum habet sacerdocium. Unde et saluare imperpetuum potest accedens per semetipsum ad deum: semper uiuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat ut nobis esset pontifex sanctus innocens impollutus segregatus a peccatoribus et excelsior celis factus. Qui non habet quotidie necessitatem quemadmodum sacerdotes prius pro suis dilectis1 hostias offerre, deinde pro populo. Hoc enim fecit semel seipsum offerendo: dominus noster ihesus christus.

1096

Gradale.

S Acerdotes eius. V. Illuc produ-cam. Alleluya. V. Fulgebunt iusti. Alleluya. V. Exultent iusti. Alleluya. V. Iusti epulentur. Require in serie unius apostoli.

Euuangelium.

M Isit ihesus duodecim disci-pulos suos.

Offertorium.

Kultabunt sancti.

Secretum.

DA nobis domine quesumus pure deuocionis affectum. et intercedentibus sanctis tuis. eciam nostra munera propicius intuere. Per.

Communio.

F Go uos elegi.

Postcommunio.

A Desto domine populo tuo: ut que sumpsit fideliter intercessione beatorum confessorum tuorum .N. et .N mente et corpore sibi profutura conseruet. Per.

In natali unius uirginis. Officium. | [fo. 308.

Audeamus omnes in domino J diem festum celebrantes sub honore .N. uirginis de cuius sollempnitate gaudent angeli et collaudant filium dei. Ps. Eructauit. Ps. Inmaculatus dominus inmaculatam sibi famulam in hoc fragili corpore positam misericorditer consecrauit. Gloria.

1098

Officium.

Oquebar de testimoniis tuis in conspectu regum et non conlebar et meditabar in mandatis que dilexi nimis. *Ps.* Beati aculati.

Aliud.

E expectauerunt peccatores ut perderent me testimonia tua ine intellexi omnis consumionis uidifinem latum mandatum nimis. Ps. Beati inmaculati. ia.

Alind.

Ultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis adducentur uirgines post eam proxime eius acentur tibi in leticia et exultae. Ps. Eructauit cor meum. ia.

Alind.

Ognoui domine quia equitas iudicia tua et in ueritate tua iliasti me confige timore tuo es meas a mandatis tuis non repellas. Ps. Beati inmaculati, ia.

Aliud.

Ilexisti iusticiam et odisti iniquitatem propterea unxit te tuus oleo leticie pre consortituis. Ps. Eructauit cor meum.

Oracio.

Mnipotens sempiterne deus auctor uirtutis et amator nitatis. da nobis quesumus te N. uirginis tue et marplacitis tibi meritis comdari: cuius uita merito cassitibi complacuit. Per.

Leccio libri sapiencie.

Onfitebor tibi domine rex: et collaudabo te deum saluatorem meum. Confitebor nomini tuo quoniam adiutor et protector factus es michi et liberasti corpus meum a perdicione. A laqueo lingue inique: et a labiis operancium mendacium. Et in conspectu persequencium factus es michi adiutor: et liberasti me secundum multitudinem misericordie nominis tui, de manibus querencium animam meam et de multis tribulacionibus et a pressura flamme que circumdedit me et in medio ignis non sum estuata. De altitudine uentris inferi et a lingua coinquinata et a uerbo mendacii. A rege iniquo: et lingua iniusta liberasti me. Laudabit usque ad mortem anima mea dominum: quoniam eruis sustinentes te. Et liberas eos de manibus angustie: domine deus meus.

Leccio libri sapiencie.2

Omine deus meus exal/tasti superterram habi-[fo. 308. b. tacionem meam: et pro morte defluenti deprecata sum. uocaui dominum patrem domini mei ut non derelinquat me in die tribulacionis mee et in tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assidue et collaudabo illud in confessione et exaudita est oracio mea. Liberasti me de perdicione: et eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor tibi³ et laudem dicam nomini tuo: domine deus meus.

¹ [Ecclesiastic. li. 1-9, 12.] ² [Ecclesiastic. li. 13-17.] ³ Struck out with black line.

Leccio libri sapiencie.

SApiencia uincit maliciam attingit ergo a fine usque ad finem fortiter: et disponit omnia suauiter. Hanc amaui et exquisiui a iuuentute mea. et quesiui sponsam michi eam¹ assumere: et amator factus sum forme illius. Generositatem glorificat contubernium habens dei set et omnium dominus dilexit illam. Doctrix est enim discipline dei: et electrix operum illius.

Ad corinthios.

FRatres: Qui gloriatur: in domino: glorietur. Non enim qui seipsum commendat ille probatus est; set quem deus commendat. Utinam sustineretis modicum quid insipiencie mee set et supportate me. Emulor enim uos: dei emulacione. Despondi enim uos uni uiro uirginem castam: exhibere christo.

Leccio libri sapiencie.

Quam pulcra est casta generacio cum claritate. Inmortalis est enim memoria illius: quoniam et apud deum nota est et apud homines. Cum presens est imitantur illam; et desiderant eam cum seduxerit et imperpetuum coronata triumphat incoinquinatorum certaminum premium uincens.

Unius uirginis non martiris. Ad Corinthios.

F Ratres: De uirginibus preceptum domini non habeo: consilium autem do tanquam misericordiam consecutus a domino. ut sim fidelis. ergo hoc bonum esse pro presentem necessitatem quo bonum est homini sic esse. itaque dico fratres: tempus b est. Reliquum est ut et habent uxores tanquam habentes sint. et qui flent quam non flentes, et qui gau tanquam non gaudentes et emunt tanquam non posside et qui utuntur hoc mundo: quam non utantur. enim figura/ huius [fo. mundi. Uolo autem uos sollicitudine esse. uxore est. sollicitus est que mini sunt. quomodo pla deo. Oui autem cum uxore sollicitus est que sunt mundi modo placeat uxori et dit est. Et mulier innupta et ui cogitat que domini sunt. ul sancta: et corpore et spiritt

Leccio libri sapiencie.1

A Udite me diuini fructu quasi rosa plantata s riuos aquarum fructificate. si libanus odorem suauitatis bete. florete flores quasi li Et frondel date odorem. graciam et collaudate canti et benedicite dominum in o bus suis. Date magnificen nomini eius et confitemini i uoce labiorum uestrorum canticis labiorum et cythar sic dicetis in confessione of domini uniuersa bona u Benediccio illius quasi flu inundabit et nunc in omni c et ore collaudate et bened nomini eius. Ipse enim o

¹ am repeated and struck out.

¹ [Eccle-iastic. xxxix. 17-22, 2; xliii. 30, 31, 33.]

potens super omnia opera sua terribilis dominus et magnus uehementer et mirabilis potencia ipsius. Benedicentes dominum exaltate illum quantum potestis: maior est enim omni laude.

Leccio libri sapiencie.1

Audens gaudebo in domino: Get exultabit anima mea in deo meo. Quia induit me uestimento salutis et indumento leticie circumdedit me. Ouasi sponsum decoratum corona: et quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum : et sicut ortus semen suum. germinat : sic dominus deus germinabit iusticiam et laudem coram uniuersis gentibus. Habitabit enim iuuenis cum uirgine: et habitabunt in te filii tui. Et gaudebit sponsus super sponsam: et gaudebit super te deus tuus. Dicit dominus omnipotens.

Gradale.

Gradale.

PRopter ueritatem et mansuetudinem et iusticiam et deducet te mirabiliter dextera tua. y. Audi filia et uide et inclina aurem tuam quia concupiuit rex speciem tuam.

Gradale.

DIffusa est gracia in labiis tuis propterea benedixit te deus ineternum. V. Propter ueritatem et mansuetudinem.

1 [Isaiae lxi. 10, 11; lxii. 5.]

Gradale.

A Diuuabit eam deus uultu suo deus in medio eius non commouebitur. V. Fluminis impetus letificat/ ciuitatem dei [fo. 309. b. sanctificauit tabernaculum suum altissimus. V. Audi filia et uide et inclina aurem tuam quia concupiuit rex speciem tuam.

Gradale.

Pecie tua et pulcritudine tua Intende prospere procede et regna. V. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem propterea unxit te deus tuus oleo leticie. Alleluya. V. Diffusa est gracia in labiis tuis propterea benedixit te deus ineternum. Alleluya. V. Specie tua et pulcritudine tua intende prospere procede et regna. Alleluya. V. Adducentur regi uirgines post eam proxime eius adducentur tibi in leticia. Alleluya. V. Ouinque prudentes uirgines acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus media autem nocte clamor factus est ecce sponsus uenit exite obuiam christo domino. Alleluya. V. Ueni electa mea et ponam in te thronum meum quia concupiuit rex speciem tuam. Alleluya. V. Emulor enim uos dei emulacione despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere christo.

Tractus.

OUi seminant.

Sequencia.

U Irginis uenerande de numero sapientum festa celebremus socii. Filie matris summi regis sacrosancte marie. Quam sibi in sororem dei adoptauit filius. Hec corpus suum domuit freno ieiunii. Hec luxuriam secuit ense asmonie. Hec contra cunctos mortis dimicauit impetus. Et hostem cruentum freta

christi dextra strauerat. Hec sponsum ab aula celi sese inuisentem alacris. Corde iocundo secuta eius est ingressa thalamum. Tute iam dulcibus plena deliciis. Christo miserias nostras suggerito, Nobis consolacionem precando.

Matheum.

N illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnorum celorum decem uirginibus: que accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso et sponse. Quinque autem ex eis erant fatue: et quinque prudentes. Set quinque fatue : acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum. Prudentes uero acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso: dormitauerunt omnes et dor-Media autem nocte mierunt. clamor factus est ecce sponsus uenit exite obuiam ei. surrexerunt omnes uirgines ille: et ornauerunt lampades suas. Fatue autem sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo uestro: quia lampades nostre extingun-Responderunt prudentes dicentes. Neforte non sufficiat nobis et uobis: ite pocius ad uendentes et emite uobis. Dum/ autem irent emere: [fo. 310. uenit sponsus. Et que parate erant: intrauerunt cum eo ad nupcias. et clausa est ianua. Nouissime uero: ueniunt et relique uirgines dicentes. mine domine: aperi nobis. Et ille respondens ait. Amen dico uobis: nescio uos. Uigilate itaque quia nescitis diem: neque horam.

1104

Secundum matheum.

In illo tempore: Loquente ihesu ad turbas: ecce mater eius et fratres stabant foris querentes loqui ei. Dicit autem ei quidam. Ecce mater tua et fratres tui foris stant: querentes te. At ille respondens. dicenti sibi ait. Que est mater mea. et qui sunt fratres mei? Et extendens manum: in discipulos suos dixit. Ecce mater mea: et fratres mei. Quicumque enim fecerit uoluntatem patris mei qui in celis est: ipse meus frater: et soror et mater est.

Secundum matheum.

I N illo tempore: Dixit ihesus ihesus¹ discipulis suis parabolamhanc, Simile estregnum celorum thesauro abscondito in agro. quem qui inuenit homo abscondit et pre gaudio illius uadit et uendit uniuersa que habet et emit agrum illum. Iterum simile est regnum celorum homini negociatori: querenti margaritas. Inuenta autem una preciosa margarita: abiit et uendidit omnia que habuit : et emit eam. Iterum simile est regnum celorum sagene misse in mare et ex omni genere piscium congreganti. Quam cum impleta esset educentes et secus litus sedentes elegerunt bonos in uasa sua malos autem foras miserunt Sic erit in consummacione seculi. Exibunt angeli: et separabunt malos de medio iustorum et mittent eos in caminum ignis Ibi erit fletus et stridor gencium Intellexistis hec omnia. Dicun Eciam. Ait illis. omnis scriba doctus in regn 2 Sic. 1 Sic twice.

um similis est homini patrias qui profert de thesauro noua et uetera.

Secundum marcum.1

illo tempore: Uenerunt ad sum mater et fratres eius: n poterant adire eum pre. Et nunciatum est illi. r tua et fratres tui stant uolentes te uidere. Qui ndens: dixit ad eos. Mater et fratres mei hii sunt. qui m dei audiunt et/[fo, 310. b. nt.

Offertorium.

ferentur regi uirgines post eam

Offertorium.

ferentur regi uirgines proxime ius offerentur tibi in leticia et cione adducentur in templum omino.

Offertorium.

e regum in honore tuo astitit gina a dextris tuis in uestitu ito circumdata uarietate.

Offertorium.

fusa est gracia in labiis tuis ropterea benedixit te deus num et in seculum seculi,

Secretum.

ferimus domine preces et nunera in honore sancte ,N lis tue et martiris gaudentes a quesumus: ut et conueer hec agere, et remedium iternum ualeamus, adquir-Per.

Communio.

fusa est gracia in labiis tuis ropterea benedixit te deus 1um.

[Luc. viii. 19 21.]

1106

Communio.

O Uinque prudentes uirgines acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus media autem nocte clamor factus est ecce sponsus uenit exite obuiam christo domino.

Communio.

Simile est regnum celorum homini negociatori querenti bonas margaritas inuenta una preciosa margarita dedit omnia sua et comperauit eam.

Communio.

Feci iudicium et iusticiam domine non calumpniantur michi superbi, ad omnia mandata tua dirigebar omnem uiam iniquitatis odio habui.

Communio.

PRincipes persecuti sunt me gratis et a uerbis tuis formidauit cor meum letabor ego super eloquia tua sicut qui inuenit spolia multa concupiuit anima mea testimonia tua domine et dilexit ea uehementer.

Communio.

Confundantur superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt in me ego autem in mandatis tuis excercebor in tuis iustificacionibus ut non confundar.

Communio.

Qui me dignatus est ab omni plaga curare et mamillam meam meo pectori restituere ipsum inuoco deum uiuum.

Communio.

Quicumque fecerit uoluntatem patris mei qui in celis est ipse meus frater soror et mater est dicit dominus,

Postcommunio.

SAcri altaris participacione refecti tuam domine misericordiam suppliciter exoramus ut qui hec in beate .N uirginis et martiris tue ueneracione percepimus eius nos confoueri suffragiis senciamus. Per.

Unius uirginis non martiris. Officium.

DIlexisti.

Oracio.

DEus qui nos hodie beate .N. uirginis tue annua sollempnitate letificas: concede propicius. ut eius adiuuemur meritis. cuius castitatis irradiamur exemplis. Per.

Epistola.

Ui gloriatur.

Gradale.

DIffusa est. V. Propter ueritatem. Alleluya. V./ [fo. 311. Quinque prudentes.

Tractus.

OUi seminant.

Euuangelium

Simile est regnum celorum thesauro.

Offertorium.

Filie regum.

Secretum.

M Unera tibi domine dicanda meritis beate .N. uirginis tue placatus intende et eius salutari deprecacione nosmetip sos sanctificare dignare. Per. 1108

Communio.

OUinque prudentes.

Postcommunio.

SUpplices te rogamus omnipotens deus ut qui percepi mus celestis mense substanciam intercedente beata .N. uirgine tua ad uitam perueniamus eternam. Per.

In natali plurimarum uirginum officium.

Ultum tuum.

Oracio.

Omnipotens sempiterne deus qui ydoneos nos esse non perpendis ad magestatem tuam sicut dignum est exorandam fac sanctas uirgines tuas pro nostris interuenire peccatis: quarum meritis indulgenciam largiaris, Per.

Epistola.

DE uirginibus.

Gradale.

A Nima nostra. V. Laqueus. Alleluya. V. Adducentur.

Euuangelium

Simile est regnum celorum decem.

Offertorium.

Fferentur.

Secretum.

I Ntercedentibus sanctis uirginibus tuis domine plebis tua munus sanctifica ut ab omnibus

COMMUNE UNIUS MATRONE: DE S. TRINITATIS.

1109

is expedita et hic et ineterncuncta sibi profutura pernt. Per.

Communio.

Jinque prudentes.

Postcommunio.

Espice domine propicius plebem tuam et quam diuitribuis participare sacratis sanctarum uirginum tumeritis ab omnibus absoluccatis. Per.

Unius Matrone officium.

Oracio.

Jesumus omnipotens deus ut nobis beate .N ueneranda iitas salutis prestet increum: cuius admiranda uita is prebet exemplum. Per,

Epistola.

Gradale.

opter ueritatem. Alleluya. V.

Enuangelium. Enerunt ad ihesum mater.

Offertorium.

fusa est.

Secretum.

nue quesumus omnipoens deus ut sacrificia pro e .N. festiuitate oblata erium nos temporale dochabere contemptum. et IIIO

ambire dona faciant celestium gaudiorum. Per.

Communio.

S Imile est regnum celorum.

Postcommunio.

SUmptis sacramentis domine quesumus nutriatur in nobis sancte deuocionis affectus. et beate .N. meritis et exemplis augeatur. Per./ [fo. 311. b.

In commemoracione sancte Trinitatis officium.

BEnedicta sit sancta trinitas atque indiuisa unitas confitebimur ei. quia fecit nobiscum misericordiam suam. Ps. Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu.

Oracio.

Omnipotens sempiterne deus qui dedisti famulis tuis in confessione uere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere, et in potencia magestatis adorare unitatem; quesumus ut eiusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur aduersis. Per.

Ad corinthios.

FRatres: Gaudete: perfecti estote. Exhortamini: idem sapite. Pacem habete: et deus dileccionis et pacis erit uobiscum. Et gracia domini nostri ihesu christi et caritas dei et communicacio sancti spiritus sit semper cum omnibus uobis.

Gradale.

Benedictus es domine qui intueris abyssos et sedes super cherubyn. V. Benedictus es in firmamento celi et laudabilis et gloriosus in secula. Alleluya. V. Benedictus es domine deus patrum nostrorum et laudabilis in secula.

Secundum Iohannem.

I N illo tempore : Dixit ihesus discipulis suis. Cum uenerit paraclitus quem ego mittam uobis a patre spiritus ueritatis qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Et uos testimonium perhibebitis: quia ab inicio mecum estis. Hec locutus sum uobis: ut non scandalizemini. Absque synagogis facient uos. Set uenit hora: ut omnis qui interficit uos arbitretur obsequium se prestare Et hec facient uobis: quia non nouerunt patrem neque me. Set hec locutus sum uobis: ut cum uenerit hora eorum reminiscamini: quia ego dixi uobis.

Offertorium.

B Enedictus sit deus pater unigenitus que dei filius sanctus quoque spiritus quia fecit nobiscum misericordiam suam.

Secretum.

CAnctifica quesumus domine deus per tui sancti nominis inuocacionem huius oblacionis hostiam, et per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternum. Qui uiuis.

Prefacio.

Ui cum unigenito.

Communio.

Benedicite deum celi et coram omnibus uiuentibus confitemini ei quia fecit uobiscum misericordiam suam.

Postcommunio.

PRoficiat nobis ad salutem corporis et anime domine deus huius sacramenti./ [fo. 312. suscepcio. et sempiterne sancte trinitatis eiusdem que individue unitatis confessio. In qua uiuis.

Commemoracio de sancto spiritu. Officium.

S Piritus domini repleuit orbem terrarum alleluya. et hoc quod continet omnia scienciam habet uocis alleluya. alleluya alleluya. Ps. Exurgat deus et dissipentur.

Oracio.

Eus qui corda fidelium sancti spiritus illustracione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere, et de eius semper consolacione gaudere. Per. In unitate eiusdem.

Alia oracio.

Eus cui omne cor patet et omnis uoluntas loquitur et quem nullum latet secretum. purifica per infusionem sancti spiritus cogitaciones cordis nostri. ut perfecte te diligere et digne laudare mereamur. Per dominum. In unitate eiusdem.

Ad corintheos.

Ratres: Unicuique datur manifestacio spiritus ad utilitatem. Alii quidem per spiritum datur sermo sapiencie: alii autem sermo sciencie secundum eundem spiritum. Alten fides: in eodem spiritu. Alii

la sanitatum: in uno spiritu.
operacio uirtutum. alii proia. alii discrecio spirituum.
genera linguarum: alii
pretacio sermonum. Hec
m omnia operatur unus
e idem spiritus: diuidens
ulis prout uult.

Gradale.

Lata gens cuius est dominus deus eorum populus quem t dominus in hereditatem sibi. Uerbo domini celi firmati sunt piritu oris eius omnis uirtus m. Alleluya, V. Ueni sancte us reple tuorum corda fidelium. i amoris in eis ignem accende. uya. V. Emitte spiritum tuum reabuntur et renouabis faciem

Secundum iohannem.

illo tempore: Dixit ihesus iscipulis suis. Si diligitis mandata mea seruate. Et rogabo patrem: et alium clitum dabit uobis ut leat uobiscum ineternum, itum ueritatis quem munnon potest accipere: quia non¹ uidit eum nec scit. Uos autem cognoscetis quia apud uos manebit: et obis erit.

Offertorium.

Mitte spiritum tuum et creabuntur. et renouabis faciem e sit gloria domini in secula uya.

Secretum.

Unera domine quesumus oblata sanctifica, et corda ra sancti spiritus illustrate emunda. Per dominum, initate eiusdem./ [fo. 312. b.

1114

Aliud secretum.

HEc oblacio domine deus cordis nostri maculas emundet. et sancti spiritus digna efficiatur habitacio. Per dominum. In unitate eiusdem.

Communio.

S Piritus sanctus docebit uos alleluya quecumque dixero uobis alleluya alleluya.

Postcommunio.

SAncti spiritus domine corda nostra mundet infusio et. sui roris intima aspersione fecundet. Per dominum. In unitate eiusdem.

Alia postcommunio.

SAcrificium salutis nostre sumentes concede quesumus domine deus purificatis mentibus sepius tue pietatis frequentate misterium. Per

Feria sexta. de sancta cruce officium.

N Os autem gloriari oportet in cruce domini nostri ihesu christi. in quo est salus uita et resurreccio nostra per quam saluati et liberati sumus. Per. Ps. Deus misereatur nostri. V. Gloria patri

Oracio.

DEus qui unigeniti filii tui domini nostri ihesu christi precioso sanguine uiuifice crucis uexillum sanctificari uoluisti: concede quesumus. eos qui eiusdem sancte crucis gaudent honore. tua quoque ubique proteccione gaudere. Per eundem.

Alia oracio in resurreccione domini.

DEus qui pro nobis filium tuum crucis patibulum subire uoluisti. ut inimici a nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis. ut resurreccionis graciam consequamur. Per eundem.

Ad philippenses.

Ratres: Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod et deus illum exaltauit et donauit illi nomen quod est super omne nomen ut in nomine ihesu omne genu flectatur celestium. terrestrium et infernorum. Et omnis lingua confiteatur quia dominus ihesus christus: in gloria est dei patris.

Gradale.

CHristus factus est pro nobis obediens usque ad mortem mortem autem crucis. V. Propter quod et deus exaltauit illum et donauit illi nomen quod est super omne nomen. Alleluya. V. Dulce lignum dulces clauos dulcia ferens pondera. que sola fuisti digna sustinere regem celorum et dominum.

In tempore paschali.

A Lleluya. V. Surrexit christus iam non moritur mors illi ultra non dominabitur.

Matheum.

I N illo tempore: Ascendens ihesus iherosolimam assumpsit duodecim discipulos suos eto et ait illis. Ecce as-

1116

cendimus iherosolimam filius hominis tradetur probus sacerdotum/ et [for scribis: et condempnabur morte. Et tradent eum bus ad illudendum. et fladum. et crucifigendum. Et die resurget.

Offertorium.

PRotege domine plebem per signum sancte cru omnibus insidiis inimicoru nium ut tibi gratam exhil seruitutem et acceptabile t sacrificium nostrum alleluya.

Secretum.

HEc oblacio domine of mus ab omnibus nos poffensis, que in ara cruc molata eciam tocius munc offensam. Per.

Aliud secretum.

DEus qui per crucem e guinem domini nostri christi filii tui dedisti p hominibus. et celestium commangelorum da nobis pacis uberitate repleri. et lice societatis unitate Per. eundem.

Prefacio.

Ui salutem humani.

Communio.

PEr lignum serui facti si et per sanctam crucem li sumus fructus arboris seduxi filius dei redemit nos alleluya.

Postcommunio.

R Efecti cibo potuque c quesumus omnipotens

hostium defendas formidquos redemisti precioso ine filii tui domini nostri christi. Per eundem.

Alia postcommunio.

hus cuius filius per trobheum crucis mundum redidignatus es. concede proi: ut qui redempcione a letamur: eternis gaudiis onante perfrui mereamur.

ria secunda. De angelis officium.

orate deum omnes angeli eius idiuit et letata est syon, et uerunt filie iude. Ps. Domegnauit exultet terra. Gloria

Oracio.

rpetuum nobis domine tue iiseracionis presta subsi-; quibus et angelica pressuffragia non deesse, Per.

cio libri apocalipsis beati Iohannis apostoli.

diebus illis: Dixit michi gelus. Scribe: Beati qui enam nupciarum agni uount. Et dixit michi. Hec .: uerba dei sunt. Et i ante pedes eius ut adoreum. Et dixit michi. Uide ceris. Conseruus tuus ego et fratrum tuorum habentestimonium ihesu. Deum:

Gradale.

gelis suis mandauit de te ut istodiant te in omnibus uiis tuis. V. In manibus portabunt te neumquam offendas ad lapidem pedem tuum. Alleluya. V. Laudate deum omnes angeli eius. laudate eum omnes uirtutes eius.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Erat dies fes-1 tus/ iudeorum: et [fo. 313. b ascendit ihesus iherosolimam. Est autem iherosolimis probatica piscina: que cognominatur hebraice bethsaida: quinque porticus habens. In hiis iacebat multitudo magna languencium. cecorum. claudorum. arridorum. aque motum. expectancium Angelus autem domini secundum tempus descendebat in piscinam: et mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post mocionem aque: sanus fiebat : a quacumque detinebatur infirmitate.

Offertorium.

I Mmittit angelus domini in circuitu timencium eum et eripiet eos gustate et uidete quam suauis est dominus.

Secretum.

H Ostas tibi domine laudis offerimus suppliciter deprecantes. ut easdem angelico pro nobis interueniente suffragio. et placatus accipias. et ad salutem nostram prouenire concedas. Per.

Communio.

Dico uobis gaudium est angelis dei super uno peccatore penitenciam agente.

Postcommunio.

R Epleti domine benediccione celesti suppliciter implora-

mus ut quod fragili celebramus officio. sanctorum angelorum atque archangelorum nobis prodesse senciamus auxilio. Per.

Per totum aduentum usque ad festum natalis domini.
De sancta maria. Officium.

ROrate celi desuper et nubes pluant iustum aperiatur terra et germinet saluatorem. Ps. Et iusticia oriatur simul: ego dominus creaui eum. Gloria patri.

Oracio.

DEus qui de beate marie uirginis utero uerbum tuum angelo nunciante carnem suscipere uoluisti: presta supplicibus tuis: ut qui uere eam dei genitricem credimus. eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per.

Leccio ysaye prophete.

JEc dicit dominus deus. Egredietur uirga de radice iesse: et flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus domini. spiritus sapiencie et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus sciencie et pietatis, et replebit eum spiritus domoris¹ domini. Non secundum uisionem oculorum iudicabit: neque secundum aurium arguet. set iudicabit in iusticia pauperes: et arguet in equitate pro mansuetis terre. Et percuciet terram uirga oris sui: et spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iusticia cingulum lumborum eius: et fides cinctorium renum eius.

I I 20

Gradale. [

In sole posuit tabernaculu et ipse tanquam sponsus dens de thalamo suo. V. A celo egressio eius et occur usque ad summum eius. In V. Aue maria gracia plena de tecum. benedicta tu in muli

Secundum Lucam.

IN illo tempore: Mis angelus gabriel a deo i tatem galilee cui nomen n ad uirginem desponsata cui nomen erat ioseph de dauid: et nomen uirginis Et ingressus angelus a dixit. Aue gracia plena: nus tecum. Benedicta mulieribus. Que cum au turbata est in sermone e cogitabat qualis esset ist tacio. Et ait angelus e timeas maria: inuenisti graciam apud deum. Ec cipies in utero et paries et uocabis nomen eius il Hic erit magnus: et filiu simi uocabitur. Et dab dominus deus sedem dau tris eius. et regnabit in iacob ineternum. et regn non erit finis. Dixit . maria ad angelum. Quo fiet istud quia uirum nor. nosco: Et respondens ans dixit ei. Spiritus sanctus: ueniet in te: et uirtus alt obumbrabit tibi. Ideoqı quod nascetur ex te sanc uocabitur filius dei. elizabet cognata tua: et concepit filium in senectute Et hic mensis est sextus ill uocatur sterilis: quia nor impossibile apud deum

um. Dixit autem maria. e ancilla domini. Fiat misecundum uerbum tuum.

Offertorium.

Ue maria gracia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus enedictus fructus uentris tui.

Secretum.

Eus qui filium tuum pro nostra salute de sancta ia uirgine incarnatum in e mundum misisti: quesumus huius oblacionis misterium d pro ipsius incarnacionis amento tue magestati est tum. perpetue salutis nobis iat gaudium. Per, eundem.

Prefacio.

T te in ueneracione.

Communio.

Cce uirgo concipiet et pariet filium et uocabitur nomen eius nuel.

Postcommunio.

Imptum quesumus domine ue gracie sacramentum tissima unigeniti tui genitrix o maria nobis ad eterne repcionis prouenire optineat edium. Per eundem./

[fo. 314. b.

memoracio de sancta maria sto natalis domini usque ad burificacionem. Officium.

1122

Oracio.

DEus qui salutis eterne beate marie uirginitate fecunda humano generi premia prestitisti: tribue quesumus ut ipsam pro nobis intercedere senciamus: per quam meruimus auctorem uite suscipere. dominum nostrum ihesum christum filium tuum.

Ad galathas.

Ratres: Cum essemus paruuli: sub elementis huius mundi eramus seruientes. At ubi uenit plenitudo temporis misit deus filium suum factum ex muliere factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret ut adopcionem filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filii dei misit deus spiritum filii sui in corda nostra clamantem abba pater. Itaque: iam non es seruus set filius. Quod si filius: et heres per deum.

Gradale.

Benedicta et uenerabilis es uirgo maria que sine tactu pudoris inuenta est mater saluatoris. V. Uirgo dei genitrix quem totus non capit orbis in tua se clausit uiscera factus homo. Alleluya. V. Per te dei genitrix nobis est uita perdita data que de celo suscepisti prolem et mundo genuisti saluatorem.

Secundum lucam.

In illo tempore: Erant ioseph et maria mater ihesu mirantes super hiis que dicebantur de illo. Et benedixit illis symeon: et dixit ad mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam et in resurreccionem multorum in

I I 24

israel: et in signum cui contra dicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius: ut reuelentur ex multis cordibus cogitaciones.

Secundum lucam.

I N illo tempore: Pastores loquebantur adinuicem. Transeamus usque bethleem: et uideamus hoc uerbum quod factum est auod fecit dominus et ostendit nobis. Et uenerunt festinantes: et inuenerunt mariam et iosep et infantem positum in presepio. Uidentes autem cognouerunt de uerbo quod dictum erat illis de puero hoc. omnes qui audierunt mirati sunt et de hiis que dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem consueruabat omnia uerba hec: comferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes et laudantes deum in omnibus que audierant/ et uide- [fo. 315. rant: sicut dictum est ad illos.

Secundum matheum.

I N illo tempore: Factum est ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Ecce uirgo in utero habebit et pariet filium: et uocabunt nomen eius emanuel. Quod est interpretatum nobiscum deus. Exurgens autem ioseph a sompno: fecit sicut precepit ei angelus Et accepit coniugem domini. suam et non cognoscebat eam. donec peperit filium suum. Et uocauit nomen eius ihesum.

Offertorium.

F Elix namque es sacra uirgo maria et omni laude dignissima quia

ex te ortus est sol iusticie c deus noster.

Secretum.

Blatis domine mun suppliciter deprecam qui ueram uerbi tui incar nem fideliter ueneramur eiusdem carnis ac san quam per spiritum sanctum mater edidit substanciam presenti misterio salubrite cipiamus. Per. In unitate dem.

Prefacio.

OUia per incarnati.

Communio.

BEata uiscera marie uirgin portauerunt eterni patris

Postcommunio.

TEram uerbi tui omni pater suscipientes ex i uirgine incarnacionem. quesumus: ut pro nostra uentrix existat fragilitat nobis eundem peperit de hominem ihesum christum tuum. Qui tecum.

De sancta maria in pe tempore officium. Salue et termnetur¹ usque ad , sancte Trinitatis cum. Alle

Oracio.

Raciam tuam quesumi J mine mentibus nostr funde, ut qui angelo nun christi filii tui incarnac cognouimus per passioner et crucem ad resurred

1 Sic.

1126

perducamur. Per eun-

Offertorium.

eccio libri sapiencie.1

FElix namque.

quasi uitis fructificaui .uitatem odoris: et flores ctum honoris et honestago mater pulchre dilect timoris: et magnitudinis te spei. In me omnis uite et ueritatis: in me pes uite et uirtutis. Tranme omnes qui concupise: et a generacionibus nplemini. Spiritus enim iper mel dulcis: et hereea super mel et fauum. ia mea: in generacione ım. Qui edunt me adhuc t : et qui bibunt me adhuc

Secretum.

A Ccepta tibi sit quesumus domine hec oblacio plebis tue quam offerimus ob incarnacionem passionem simul et resurreccionem redemptoris nostri ihesu christi te supplices deprecantes ut beate uirginis marie genitricis sue intercessione placatus eam digneris accipere. Per eundem.

Qui audit me non conr: et qui operantur in me cabunt./ Et [fo. 315. b. idant me : uitam eternam

Communio.

BEata uiscera. et finiatur cum. alleluya.

tam resurreccionem erit primum.

Postcommunio.

1ya. . Post partum uirgo olata permansisti dei genircede pro nobis. Alleluya. te dei genitrix.

BEate et gloriose dei genitricis semperque uirginis marie intercessionibus quesumus omnipotens deus: ut per huius uirtutem sacramenti quod sumpsimus in resurreccionis gloria mereamur stola beate inmortalitatis uestiri. Per. eundem.

ecundum Iohannem.

De sancta maria a festo purificacionis usque ad pascha. et a festo sancte Trinitatis usque ad aduentum domini. Officium.

tempore: Stabant iuxta m ihesu mater eius. et atris eius maria cleophe: magdalene. Cum uidissihesus matrem et disciquem diligebat : dicit ue. Mulier: ecce filius Deinde dicit discipulo. nater tua. Et ex illa .ccepit eum² discipulus in

C Alue sancta parens enixa puerpera regem qui celum terramque regit in secula seculorum. Quia concupiuit rex speciein tuam: quoniam in se est dominus deus tuus.

'cclesiastici xxiv. 23-32.] c: for eam.

In commemoracionibus sine nota. Ps. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus uentris tui.

· 1 Sic.

Oracio.

Oncede nos famulos tuos quesumus domine deus perpetua mentis et corporis salute gaudere: et gloriosa beate marie semper uirginis intercessione a presenti liberari tristicia, et eterna perfrui leticia. Per.

Leccio libri sapiencie.1

A B inicio et ante secula creata sum: et usque ad futurum seculum non desinam et in habitacione sancta coram ipso ministraui. Et sic in syon firmata sum: et in ciuitate sanctificata similiter requieui. et in iherusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius. Et in plentitudine sanctorum detencio mea.

Leccio ezechielis prophete.

I N diebus illis. Conuerti me ad uiam porte/sanctuarii [fo. 316. exterioris que respiciebat orientem: et erat clausa. dixit dominus ad me. Porta hec clausa erit et non aperietur et uir non transibit per eam: quoniam dominus deus israel ingressus est per eam eritque clausa. Princeps ipse sedebit in ea: ut comedat panem coram domino. Per uiam uestibuli porte ingredietur: et per uiam eius: egredietur.

Gradale.

Benedicta et uenerabilis es uirgo maria que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. V. Uirgo dei genitrix quem totus non [Ecclesiastic. xxiv. 14-17.]

1128

capit orbis in tua se clausit factus homo. Alleluya. Y partum uirgo inuiolata pern dei genitrix intercede pro Alleluya. Y. Per te dei nobis est uita perdita data celo suscepisti prolem et genuisti saluatorem.

Tractus.

Aude maria uirgo cunct eses sola interemisti. V gabrielis archangeli dictis cre V. Dum uirgo deum et ho genuisti et post partum uir uiolata permansisti. V. Dei g intercede pro nobis.

Secundum Lucam.

In illo tempore: Factu cum loqueretur ihesus a bas: extollens uocem qu mulier de turba dixit illi. luenter qui te portauit et que suxisti. At ille dixit. nimo. Beati qui audiunt u dei: et custodiunt illud.

Euangelium.

STabant iuxta crucem Require ut supra.

Offertorium.

FElix namque es sacra uirge et omni laude dignissim ex te ortus est sol iusticie c deus.

Offertorium.

DIffusa est gracia in labi propterea benedixit te ineternum et in seculum secu

Secretum.

TUa domine propiciacion beate dei genitricis so que uirginis marie interce

erpetuam atque presentem placio nobis proficiat prostem et pacem. et iram tue racionis quam iuste merepropiciatus auerte. Per.

Prefacio.
te in ueneracione.

Communio.

ta uiscera marie uirginis que rtauerunt eterni patris filium.

Postcommunio.

nptis domine salutis nostre bsidiis da quesumus beate nitricis semper que uirginis patrociniis nos ubique gi in cuius ueneracione hec ptulimus magestati. Per m.

e apostolis petro et paulo officium.

chi autem nimis honorati sunt mici tui deus nimis confortatus ncipatus eorum. *Ps.* Domine ti.

Oracio.

us cuius dextera beatum etrum ambulantem in/ sus ne mergere- [fo. 316. b. exit. et coapostolum eius m tercio naufragantem de ndo pelagi liberauit exaudi propicius et concede. ut rum meritis eternitatis gloconsequamur. Qui uiuis.

Ad ephesios.

itres: Iam non estis hostes et aduene: set estis sanctorum et domestici dei edificati super fundamentum apostolorum et prophetarumipso summo. angulari lapide: christo ihesu. In quo omnis edificacio constructa: crescit in templum sanctum in domino. In quo et uos coedificamini in habitaculum dei: in spiritu sancto.

Gradale.

N Imis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. V. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur. Alleluya. V. Non uos me elegistis set ego elegi uos et posui uos ut eatis et fructum afferatis et fructus uester maneat. Alleluya. V. Per manus apostolorum fiebant signa et prodigia multa in plebe.

Secundum iohannem.

I N illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Hoc est preceptum meum: ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. Maiorem hac dileccionem nemo habet: ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Uos amici mei estis: si feceritis que ego precipio uobis. Iam non dicam uos seruos quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Uos autem dixi amicos: quia omnia quecumque audiui a patre meo nota feci uobis. Non uos me elegistis set ego elegi uos et posui uos ut eatis et fructum afferatis et fructus uester maneat. Et quodcumque pecieritis patrem in nomine meo: det uobis.

Secundum Iohannem.

I N illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Ego sum uitis uera: et pater meus agricola est. Omnem palmitem in me

non ferentem fructum: tollet eum. Et omnem qui fert fructum purgabit eum: ut fructum plus afferat. Iam uos mundi estis: propter sermonem quem ego1 locutus sum uobis. Manete in me: et ego in uobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso nisi manserit in uite: sic nec uos nisi in me manseritis. Ego sum uitis: uos palmites. Oui manet in me et ego in eo hic fert fructum multum: quia sine me nichil potestis facere, Siguis in me non manserit: mittetur foras sicut/ palmes | fo. 317. et arescet : et colligent eum et in ignem mittent et ardet. Si manseritis in me et uerba mea in uobis manserint: quodcumque uolueritis petetis: et fiet uobis.

Offertorium.

IN omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre uerba eorum.

Secretum.

Offerimus tibi domine preces et munera, que ut tuo sint digna conspectu apostolorum tuorum petri et pauli quesumus precibus adiuuemur. Per.

Prefacio.

ET te domine suppliciter.

Communio.

E Go uos elegi de mundo ut eatis et fructum afferatis et fructus uester maneat.

Postcommunio.

Diuini quesumus domine percepcio sacramenti. beatorum

1 Struck out with red line. apostolorum tuorum petri et pauli supplicacionibus nos ab uniuersis tueatur aduersitatibus ut quos habuimus in fidedoctores: in omni senciamus necessitate pios adiutores. Per.

Commemoracio de sancto Petro, Oracio.

FAmiliam tuam domine propicius respice, et intercedente beato petro apostolo tuo a cunctis eam aduersitatibus defende Per.

Secretum.

M Unera familie tue domine propicius respice, et intercedente beato petro a cunctis eam, aduersitatibus defende. Per

Postcommunio.

Quesumus domine ut per hec sacrosancta misteria et intercedente beato petro apostolo tuo. familiam tuam ab omni aduersitate protegas. Per.

In commemoracione sancti thome. Officium.

Letabitur iustus in domino et sperabit in eo. et laudabuntur omnes recti corde. Ps. Exaudi deus oracionem meam cum deprecor.

Oracio.

DEus pro cuius ecclesia gloriosus pontifex thomas gladis impiorum occubuit presta quesumus: ut omnes qui eius implorant auxilium peticionis sue salutarem consequantur effectum. Per.

Leccio libri sapiencie.1

Ilectus deo et hominibus: cuius memoria in benedic**tione** est. Similem fecit illum n gloria sanctorum, et magnifi**auit** eum in timore inimicorum: **st in ue**rbis suis monstra placauit. Glorificauit illum in conspectu regum: et unxit illum coram populosuo.et ostendit illi gloriam **puam.** In fide et lenitate ipsius **sanc**tum fecit illum: et elegit **cum** ex omni carne. Audiuit enim uocem ipsius: et induxit **Illum** in nube. Et dedit illi cor ad precepta: et legem uite: et **discipline**.

Gradale.

Posuisti domine super capud/ eius coronam de [fo. 317. b. lapide precioso. V. Desiderium anime eius tribuisti ei. et uoluntate labiorum eius non fraudasti eum. Alleluya. V. Letabitur iustus in domino et sperabit in eo et laudabuntur omnes recti corde.

Secundum Iohannem.

N illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor. animam suam dat pro ouibus suis. Mercennarius autem et qui non est pastor cuius non sunt oues proprie. uidit lupum uenientem et dimittit oues et fugit. Et lupus rapit: et dispergit oues. Mercennarius autem fugit quia mercennarius est. et non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus. Et cognosco meas: et cognoscunt me mee. Sicut nouit me pater et ego agnosco patrem et animam

1 [Ecclesiastic. xlv. 1-6.]

1134

meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili. et illas oportet me adducere: et uocem meam audient. Et fiet unum ouile: et unus pastor.

Offertorium.

Posuisti domine super capud eius coronam de lapide precioso.

Secretum.

S Alutaris hostie munus sacrandum quesumus domine beatus thomas pontifex et martir nobis ad salutem fore deposcat ut et conuersacionis eius experiamur insignia. et intercessionis eius percipiamus suffragia. Per.

Communio.

M Agna est gloria eius in salutari tuo gloriam et magnum decorem impones super eum domine.

Postcommunio.

A Diuuet nos quesumus omnipotens et misericors deus per hec sancta que sumpsimus beati thome martiris tui atque pontificis intercessio ueneranda. qui pro tui nominis honore glorioso meruit coronari martirio. Per.

Commemoracio de sancto eduuardo officium.

Os iusti meditabitur sapienciam et lingua eius loquetur iudicium lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari.

Oracio.

Omnipotens sempiterne deus qui donasti beatissimo regi eduuardo gloriam terrene potes-

tatis in diuinum conuertere amorem. tribue nobis quesumus. ex eius imitacione pro amore tuo prospera mundi despicere et nulla eius aduersa formidare. Per dominum.

Leccio libri sapiencie.1

BEnedicciodomini super capud iusti ideo dedit illi hereditatem et diuisit ei partem in tribubus duodecim et inuenit graciam in conspectu omnis carnis. Et magnificauit./ eum in conspectu inimic- [fo. 318. orum et in uerbis suis monstra placauit. Glorificauit eum in conspectu regum: et ostendit illi gloriam suam. In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum: et elegit eum ex omni Dedit illi precepta et legem uite et discipline: et excelsum fecit illum. Statuit ei testamentum sempiternum: et circumcinxit eum zona iusticie. Et induit eum dominus: corona glorie.

Gradale.

Domine preuenisti eum in benediccionibus dulcedinis. posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. V. Uitam peciit a te tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Alleluya. V. Iustus germinabit sicut lilium et florebit ineternum ante dominum.

In tempore paschali. V. Posuisti.

Lucam.

IN illo tempore: Facta est contencio inter discipulos ihesu: quis eorum uideretur esse [Proverb. x. 6. Ecclesiastic. xliv. 25, 26; xlv. 2-9.]

maior. Dixit autem eis. R gencium dominantur eorum qui potestatem habent super benefici uocantur. Uos au non sic. Set qui maior es uobis fiat sicut iunior: et precessor est sicut ministra Nam quis maior est qui recur an qui ministrat? Nonne recumbit? Ego autem in me uestrum sum: sicut qui minis Uos autem estis qui permans mecum in temptacionibus n Et ego dispono uobis sicut posuit michi pater meus num: ut edatis et bibatis su mensam meam in regno med sedeatis super thronos: it cantes duodecim tribus israel

Offertorium.

Posuisti. ut supra in commo oracione precedente.

Secretum.

SAcrificii presentis oblacior quesumus domine beati re eduuardi nos pia commen intercessio, ut in cuius uencione suscipitur, ipso interniente ad gaudia eterna susmereamur. Per.

Communio.

M Agna est.

Postcommunio.

Pignus perpetue salutis su entes, clemenciam tuam o nipotens deus imploramus, beato rege eduuardo confess tuo interueniente celestis u premia consequi mereamur.

commemoracione reliquiarum, Officium.

Apienciam sanctorum narrant populi et laudem eorum annunecclesia. nomina autem eorum nt in seculum. *Ps.* Exultate . Gloria.

Oracio.

Resta quesumus omnipotens deus. ut beati regis eduuar/di oni nostri et alio- [fo. 318. b. sanctorum quorum reliquie nac continentur ecclesia nos tegant merita: quatinuseorum ibus tranquilla pace in tua ter laude letemur. Per.

Leccio libri sapiencie.1

Ii sunt uiri misericordie: quorum iusticie obliuionem non perunt. Cum semine eorum nanent bona: hereditas sancta otes eorum. Et in testatis sicut semen eorum: et eorum propter eos usque ernum manent. Generacio m et gloria eorum non dereuetur. Corpora eorum in pace Ita sunt: et nomina eorum nt in secula. Sapienciam torum narrant omnes populi: audem eorum pronunciat: is ecclesia sanctorum.

Gradale.

Cultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. V. ate domino canticum nouum eius in ecclesia sanctorum. uya. V. Sancti tui domine dicent te gloriam regni tui it. I N illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Uos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita: neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio. set super candelabrum ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra coram hominibus ut uideant opera uestra bona et glorificent patrem uestrum: qui in celis est.

In tempore paschali euuangelium.

Go sum uitis.

Offertorium.

Letamini in domino et exultate iusti et gloriamini omnes recti corde.

Secretum.

M Unera tue misericors deus magestati oblata benigno quesumus intuitu aspice: ut eorum nobis precibus fiant salutaria: quorum sacratissime in hac basilica reliquie sunt recondite.

Communio.

E Go uos elegi de mundo ut eatis et fructum afferatis et fructus uester maneat.

Postcommunio.

Diuina libantes misteria quesumus domine ut beati regis eduuardi patroni nostri et aliorum sanctorum nos ubique intercessio protegat quorum hic sacra gaudemus habere patrocinia. Per.

1140

In commemoracione sancti benedicti officium.

OS iusti meditabitur.

Oracio.

I Ntercessio nos quesumus domine beati benedicti abbatis commendet: ut quod nostris meritis non ualemus eius patrocinio assequamur. Per.

Leccio libri sapiencie.1

Ustus cor suum tradet ad uigil-1 andum diluculo ad dominum qui fecit illum : et in conspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oracione: et pro/ delictis suis deprecabi- [fo. 319. tur. Si enim dominus magnus uoluerit : spiritu intelligencie replebit illum. Et ipse tanquam ymbres mittet eloquia sapiencie sue: et in oracione confitebitur domino. Et ipse diriget consilium eius et disciplinam, et in absconditis suis consiliabitur. Et ipse palam faciet disciplinam doctrine sue: et in lege testamenti domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapienciam eius: et usque in seculum non delebitur. Non recedet memoria eius: et nomen eius requiretur: a generacione in generacionem.

Gradale.

Domine preuenisti eum in benediccionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. V. Uitam peciit et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Alleluya. V. Uir domini benedictus spiritu omnium iustorum plenus. fuit.

Secundum Lucam.

I N illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Nemo lucer
[Ecclesiastic. xxxix. 6-14.]

nam accendit et in abscondito ponit neque sub modio, set super candelabrum: ut qui ingrediuntur lumen uideant. Lucerna corporis tui: est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit eciam corpus tuum tenebrosum erit. Uide ergo ne lumen quod in te est tenebre sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit non habens aliquam partem tenebrarum erit lucidum totum. Et sicut lucerna fulgoris: illuminabit te.

Offertorium.

U Eritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Secretum.

SAcris altaribus hostias domine superpositas beatus benedictus abbas quesumus in salutem nobis prouenire deposcat. Per

Communio.

A Men dico uobis quod uos qui reliquistis omnia et secuti estis me centuplum accipietis et uitam eternam possidebitis.

Postcommunio.

PRotegat nos domine cum tui percepcione sacramenti beatus benedictus abbas pro nobis intercedendo ut et conuersacionis eius experiamur insignia, et intercessionis ipsius senciamus patrocinia. Per.

De incarnacione domini.
Oracio.

C Orda nostra quesumus domine sanctus splendor domi-

incarnacionis. natiuitatis umcisionis passionis resurrecis ascensionis et aduentus itus sancti clementi respectustret: quo mundi huius tenecarere ualeamus. et ipso due preuenia/mus [fo. 319. b. patriam claritatis eterne. eundem.

Secretum.

mentibus nostris quesumus omine uere fidei sacramenta firma. ut qui conceptum de ine deum uerum et hominem fitemur per eiusdem salutifere rnacionis. natiuitatis. circisionis. passionis. resurrecis. ascensionis et aduentus itus sancti potenciam ad nam mereamur peruenire ciam. Per eundem.

Postcommunio.

Resta quesumus omnipotens pater, ut qui filii tui domini ri ihesu christi, incarnacionis, uitatis, circumcisionis, pasis, resurreccionis, ascensionis luentus spiritus sancti memon debita ueneracionis laude nus, ipsi per eiusdem spiritus ti graciam a morte anime rgamus et in tua semper tificacione uiuamus, Per.

De omnibus sanctis. Oracio.

Oncede quesumus omnipotens deus ut intercessio nos te dei genitricis marie, sancm que omnium celestium itum, et beatorum patriarchn prophetarum apostolorum tirum confessorum atque

1142

uirginum. et omnium electorum tuorum ubique letificet: ut dum eorum merita recolimus. patrocinia senciamus. Per.

Secretum.

OBlatis domine quesumus placare muneribus. et intercedente beata dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis. a cunctis nos defende periculis. Per eundem.

Postcommunio.

Sumpsimus domine beate marie semper uirginis et omnium sanctorum tuorum commemoracionem facientes sacramenta celestia, presta quesumus; ut quod temporaliter gerimus, eorum precibus adiuti eternis gaudiis consequamur. Per.

Item de omnibus sanctis oracio.

A Cunctis nos quesumus domine mentis et corporis defende periculis, et intercedente beata et gloriosa uirgine dei genitrice maria, cum beatis apostolis tuis petro et paulo atque andrea, et beato rege eduuardo patrono nostro cum omnibus sanctis tuis, salutem nobis tribuas benignus et pacem, ut destructis aduersitatibus et erroribus uniuersis ecclesia tua tibi seruiat secura libertate. Per dominum,

Secretum.

E Xaudi nos domine deus noster: ut per uirtutem huius sacramenti intercedente beata et gloriosa uirgine dei geni-/[fo. 320. trice maria cum beatis apostolis tuis petro et paulo atque andrea

et beato rege eduuardo patrono nostro cum omnibus sanctis tuis, a cunctis nos mentis et corporis hostibus tuearis graciam tribuens in presenti, et gloriam in futuro. Per dominum,

Postcommunio.

M Undet et muniat quesumus domine diuini sacramenti nos munus oblatum: ut intercedente beata et gloriosa uirgine dei genitrice maria cum beatis apostolis tuis petro et paulo. atque andrea et beato rege edu-uardo patrono nostro cum omnibus sanctis tuis, a cunctis nos reddas et peruersitatibus expiatos et aduersitatibus expeditos. Per dominum.

Pro ecclesia catholica. Oracio.

Cclesie tue domine preces placatus admitte. ut destructis aduersitatibus et erroribus uniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per.

Secretum.

PRotege nos domine quesumus tuis misteriis seruientes: ut diuinis rebus et corpore famulemur et mente. Per.

Postcommunio.

Quesumus domine deus noster ut quos diuina tribuis participacione gaudere humanis non sinas subiacere periculis. Per.

Pro prelatis et subditis. Oracio.

Mnipotens sempiterne deus qui facis mirabilia magna solus. pretende super famulos

1144

tuos et super cunctas congregaciones illis commissas spiritum gracie salutaris, ut et in ueritate tibi complaceant perpetuum eis rorem tue benediccionis infunde. Per.

Secretum.

H Ostias domine famulorum tuorum placatus intende et quas in honorem nominis tui deuota mente pro eis celebramus. proficere sibi senciant ad medelam. Per.

Postcommunio.

Quos celesti recreas munere perpetuo domine comitare presidio: et quos fouere non desinis, dignos fieri sempiterna redempcione concede. Per.

Pro rege et regina liberis que eorum. Oracio.

DEus in cuius manu corda sunt regum qui es humilium consolator et fidelium fortitudo et protector omnium in te sperancium da regi nostro et regine liberis que eorum populoque christiano. triumphum uirtutis tue scienter excolere, ut per te semper reparentur ad ueniam. Per.

Secretum.

Suscipe domine preces et hostias ecclesie tue pro salute/famuli tui regis nostri [fo. 320. b. et regine. liberorum que eorum et proteccione fidelium populorum supplicantis. ut antiqua brachii tui te operante miracula superatis inimicis, secura tibi seruiat christianorum libertas. Per.

Postcommunio.

lesta quesumus omnipotens leus, ut per hec misteria que osimus rex noster et regina. i que eorum, et populus tianus semper racionabilia itantes, que tibi sunt placita. ictis exequantur et factis.

ro congregacione officium.

Emento nostri domine in beneplacito populi tui uisita nos in ari tuo ad uidendum in bonitate orum tuorum in leticia gentis t lauderis cum hereditate tua. Confitemini domino quoniam.

Oracio.

Amiliam huius sacri cenobii quesumus domine internte sancta maria. et beato apostolo tuo. et beato rege ardo patrono nostro cum ibus sanctis: perpetuo gubmoderamine: ut assit nobis lower margin are written the follow-

Uesumus omnipotens deus ut fa-mulus tuus rex noster . N. qui tua icione suscepit regni gubernacula. am eciam omnium accipiat incrementa. s decentur (sic) ornatus et uiciorum nem deuitare et hostes superare : et qui uia ueritas et uita es. graciosus peruenire. Per dominum.

Unera quesumus domine oblata sanctifica. ut nobis unigeniti tui ris et sanguinis fiant et famulo tuo regi .N. ad optinendam anime corporis dutem ad peragendum iniunctum sibi m te largiente usquequaque proficiant. ominum.

Ec domine salutaris sacramenti [percepcio omitted in MS.] famuuum regem nostrum .N. ab omnibus ir aduersis, quatinus et ecclesiastice optineat tranquilitatem: et post istius oris decursum ad eternam perueniat itatem. Per dominum. et in securitate cautela et inter aspera fortitudo, et iram tue indignacionis quam iuste meremur propiciatus auerte. Per.

Leccio Ieremie prophete.

CI iniquitates nostre contenderint contra nos: domine libera nos. Fac quesumus propter nomen tuum, quoniam multe sunt aduersiones nostre. Tibi peccauimus expectacio israel: saluator noster in tempore tribulacionis. Tu autem in nobis es domine: et nomen tuum inuocatum est super nos. Ne derenos: domine deus linguas noster.

Gradale.

DRopicius esto domine peccatis nostris nequando dicant gentes ubi est deus eorum. V. Adiuua nos deus salutaris noster et propter gloriam nominis tui domine libera nos. Alleluya. V. Ostende nobis domine misericordiam tuam et salutare tuum da nobis.

Secundum Lucam.

N illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Petite. et accipietis. querite et inuenietis. Pulsate: et aperietur uobis. Omnis enim qui petit accipit. et querit inuenit. et pulsanti aperietur. Aut quis ex uobis homo quem si pecierit filius eius panem numquid lapidem dabit illi? Aut piscem: numquid serpentem porriget ei? Si ergo uos cum sitis mali nostis bona dare filiis uestris: quanto magis pater uester qui in celis est dabit bona petentibus se.

Offertorium.

C Icut in holocaustum arietum et taurorum et/ sicut [fo. 321. in milibus agnorum pinguium sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie ut placeat tibi quia non est confusio confidentibus in te domine.

Secretum.

REspice quesumus domine propicius ad hostiam nostre seruitutis tuo conspectui immolandam. ut professionis sancte propositum quod te inspirante suscepimus. te gubernante custodiamus. Per.

Communio.

A Men dico uobis quicquid orantes petitis credite quia accipietis et fiet uobis.

Postcommunio.

SUmpta domine nos muniant sacramenta, et muro custodie tue hoc sanctum ouile circumda: ut omni aduersitate depulsa, sit hoc semper domicilium incolumitatis et pacis. Per.

Pro pace officium.

D'A pacem domine sustinentibus te ut prophete tui fideles inueniantur exaudi preces serui tui. et plebis tue israel. Ps. Ut sciant omnes. Gloria patri.

Oracio.

DEus a quo sancta desideria recta consilia et iusta sunt opera da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacem. ut et corda nostra mandatis tuis dedita et hostium sublata formidine tempora sint tua proteccione tranquilla. Per.

1 Sic.

Leccio libri machabeorum.

I N diebus illis. Oracionem faciebant sacerdotes dum offerrent sacrificium pro populo israel. ionatha inchoante, ceteris autem respondentibus et dicentibus. Beneficiat uobis deus et meminerit testamenti sui quod ab abraham et ysaac et iacob locutus est seruorum suorum fidelium. Et det uobis cor omnibus ut colatis eum et faciatis eius uoluntatem. Adaperiat minus cor uestrum in lege sua. et in preceptis suis et faciat Exaudiat oraciones pacem. uestras: et reconsilietur uobis. Necuos deserat in tempore malo: dominus deus noster.

Gradale.

Letatus sum in hiis que dicta sunt michi in domum domini ibimus. V. Fiat pax in uirtute tua et habundancia in turribus tuis. Alleluya. V. Qui posuit fines tuos pacem et adipe frumenti saciat te.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Ecce uenit hora et iam uenit: ut dispergamini unusquisque in propria, et me solum relinquatis. Et non sum solus: quia pater mecum est. Hec locutus sum uobis: ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: set confidite ego uici mundum.

Offertorium.

DEus tu conuertens uiuificabis/ nos et plebs tua [fo. 321. b. letabitur in te. ostende nobis domine misericordiam tuam et salutare tuum da nobis.

Secretum.

pulos nullis sinis concuti bus, dignare preces et dicate tibi plebis susciut pax tua pietate concessa, anorum fines ab omni faciat esse securos. Per.

Communio.

n dico.

Postcommunio.

us auctor pacis et amator.
uem nosse uiuere cui sergnare est. protege ab omimpugnacionibus supplices
ut qui in defensione tua
imus nullius hostilitatis
timeamus. Per.

pro quacumque tribulacione. Officium.

s populi ego sum dicit domide quacumque tribulacione erint ad me exaudiam eos. et rum dominus imperpetuum, ttendite popule meus.

Oracio.

fabilem misericordiam tunobis domine clementer le ut simul nos et a pecxuas: et a penis quas pro eremur clementer eripias.

Leccio libri esdre.

iebus illis: Orauit esdras ens. Queso domine fortis atque terribilis qui cuspactum atque misericorhiis qui te diligunt et cust mandata tua, ut fiat tua ascultans, et oculi tui ad oracionem serui tui 1150

quam ego oro coram te nocte ac die pro seruis tuis et confiteor pro peccatis eorum qui peccauerunt tibi. Memento uerbi tui quod mandasti moysi famulo tuo dicens. Si reuersi fueritis ad me ut custodiatis mandata mea. et faciatis ea eciam si adducti ad extrema celi fueritis, inde congregabo uos et inducam uos in locum quem elegi ut habitaret nomen meum ibi in sempiternum. Et ipsi serui tui et populus tuus quos redemisti in fortitudine tua magna et in manu ualida. Et nunc domine sit auris tua intendens ad oracionem famuli tui, et seruorum tuorum qui uolunt timere nomen tuum. et dirige eos hodie. Et da misericordiam populo tuo: domine deus noster.

Gradale.

A D dominum cum tribularer clamaui et exaudiuit me. V. Domine libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa. Alleluya. V. Domine refugium factus es nobis a generacione et progenie.

Secundum Lucam.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Petite et dabitur uobis. Querite. et inuenietis./Pulsate: et aperietur [fo. 322. uobis. Omnis enim qui petit accipit. et qui querit inuenit. et pulsanti aperietur. Quis autem ex uobis patrem petit panem: Numquid lapidem dabit illi? Aut piscem: numquid pro pisce serpentem dabit illi. Aut si pecierit ouum: numquid porriget illi scorpionem? Si ergo uos cum sitis mali nostis bona data dare

filiis uestris: quantomagis pater uester de celo dabit spiritum bonum: petentibus se.

Offertorium.

S Perent in te omnes qui nouerunt nomen tuum domine quoniam non derelinquis querentes te psallite domino qui habitat in syon. quoniam non est oblitus oracionem pauperis.

Secretum.

SAcrificia tibi domine immolanda quesumus corda nostra purificent. et indulgencie tue nobis dona concilient. et de aduersis prospera sentire perficiant. Per.

Communio.

A Men dico uobis quicquid orantes petitis credite quia accipietis et fiet uobis.

Postcommunio.

Quos celesti munere reficis domine diuina tuere uirtute. ut tuis misteriis perfruentes nullis subdantur aduersis. Per.

Pro pastore. Oracio.

DEus omnium fidelium pastor et rector famulum tuum .N. quem ecclesie tue preesse uoluisti propicius respice: da ei quesumus uerbo et exemplo quibus preest proficere. ut ad uitam una cum grege sibi credito perueniat sempiternam. Per.

Secretum.

OBlatis quesumus domine placare muneribus et famulum tuum .N. quem pastorem populo tuo preesse uoluisti: assidua proteccione guberna. Per.

Postcommunio.

HEc nos domine diuini s menti percepcio proteg famulum tuum .N. quem torem ecclesie tue preesse uisti una cum grege com saluet semper et muniat. I

Pro abbate. Oracio.

Concede quesumus do famulo tuo abbati nostr ut predicando et excercendo recta sunt exemplo bono operum animas suorum inst subditorum, et eterne remurcionis mercedem a te piis pastore percipiat. Per.

Secretum.

M Unera nostra quesumus mine suscipe placatu famulum tuum .N. abbatem trum gregemque sibi com sum benignus semper et ut misericorditer protege. Per

Postcommunio.

HEc nos domine comm purget a crimine et fa lum tuum abbatem [fo. 32 nostrum .N. commissumque gregem benigna pietate cons Per.

Missa pro seipso. Officiu D'Eus in nomine tuo saluum fac et in uirtute tua iudica

Deus in nomme tuo saidun fac et in uirtute tua iudica deus exaudi oracionem meam Quoniam alieni insurrexerunt.

Oracio.

SUppliciter te deus pater nipotens qui es creator nium rerum deprecor. ut me famulum tuum coram o potencia magestatis tue gra

1154

se confiteor. manum nisericordie tue porrigas. s dum ego hanc oblaciopietati pro peccatis meis quod nequiter admisi issime digneris absoluere.

Ad Romanos.

res: Condelector legi dei. Indum interiorem homiideo autem aliam legem abris meis. repugnantem
ntis mee. et captiuum me
m in lege peccati. mems. Infelix ego homo. Quis
rabit de corpore mortis
Gracia dei: per ihesum
n dominum nostrum.

Gradale.

michi in deum protectorem n domum refugii ut saluum as. V. Deus in te speraui non confundar ineternum. L. V. Eripe me de inimicis us meus et ab insurgentibus bera me.

Matheum.

o tempore: Cum descenti ihesus de monte: secute im turbe multe. Et ecce is ueniens: adorabat eum Domine si uis potes me re. Et extendens manum: eum dicens. Uolo. muntt confestim mundata est ius. Et ait illi ihesus. Uide dixeris: set ostende te oti et offer munus quod it moyses: in testimonium

Offertorium.

de uoci oracionis mee rex s et deus meus quoniam ad) domine.

we left here: probably for que est

Secretum.

DEus misericordie deus pietatis. deus indulgencie. indulge queso et miserere mei famuli tui. ut sacrificium quod pietati tue pro peccatis meis offero benigne digneris suscipere. et peccata que labentibus uiciis per ignoranciam contraxi. tu pius et propicius ac miseratus indulgeas. et locum penitencie ac flumina lacrimarum michi concedas. ut ueniam a te merear accipere delictorum. Per.

Communio.

A B occultis meis munda me domine, et ab alienis parce seruo tuo.

Postcommunio. [fo. 323. DEus qui uiuorum es saluator omnium in te sperancium. qui non uis mortem peccatorum nec letaris in perdicione moriencium. te suppliciter deprecor. ut concedas michi ueniam delictorum meorum. ut et admissa defleam. et postmodum non admittam. ut cum michi extrema dies. finis que uite mee aduenerit. emundatum delictis omnibus me angelus sanctitatis suscipiat. et ad uitam eternam perducat. Per.

Contra teptacionem¹ carnis.

Re igne sancti spiritus renes nostros et cor nostrum domine. ut tibi casto corpore seruiamus et mundo corde placeamus. Per dominum. In unitate eiusdem.

Secretum.

DIrumpe domine uincula peccatorum nostrorum ut

sacrificare tibi hostiam laudis absoluta libertate possimus. retribue que ante tribuisti et salua nos per indulgenciam. quos saluare dignatus es per graciam. Per.

Postcommunio.

Domine adiutor et protector noster adiuua nos, et refloreat caro nostra uigore pudicicie et sanctimonie nouitatis, ereptamque de manu tartari, in resurreccionis gaudium iubeas presentari. Per.

Contra paganos oracio.

Omnipotens sempiterne deus in cuius manu sunt omnium potestates, et omnia iura regnorum, respice in auxilium christianorum: et gentes paganorum qui in sua feritate confidunt dextere tue potencia conteran tur.

Secretum.

SAcrificium domine quod immolamus intende, et propugnatores tuos ab omni eruas paganorum nequicia, et in tue proteccionissecuritate constituas, Per.

Postcommunio.

PRotector noster aspice deus et propugnatores tuos a paganorum defende periculis ut ab omnibus perturbacionibus summoti. liberis tibi mentibus seruiant. Per.

Pro iter agentibus. Oracio.

A Desto domine supplicacionibus nostris et uiam famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone, ut inter omnes

1156

uie et uite huius uarietates tuo semper protegamur auxilio. Per.

Secretum.

Propiciare domine supplicacionibus nostris et has oblaciones quas tibi offerimus pro famulis tuis. N. benignus. assume, ut uiam illorum et precedente gracia tua dirigas. et sub/sequente comitari digneris. ut [fo. 323. b. de actu atque incolumitate eorum secundum misericordie tue presidia gaudeamus. Per.

Postcommunio.

SUmpta quesumus domine celestis misterii sacramenta ad prosperitatem itineris famulorum tuorum proficiant. et eos ad salutaria cuncta perducant. Per.

Pro familiaribus. Oracio.

DEus qui caritatis dona per graciam sancti spiritus tuorum cordibus fidelium infundis da famulis et famulabus tuis pro quibus tuam deprecamur clemenciam salutem mentis et corporis ut te tota uirtute diligant, et que tibi placita sunt tota dileccione perficiant. Per. In unitate.

Secretum.

M Iserere quesumus domine famulis et famulabus tuis pro quibus hoc sacrificium laudis tue offerimus magestati. ut per hec sancta superne benediccionis graciam optineant. et gloriam eterne felicitatis adquirant Per.

stcommunio.

ibantes misteria quedomine ut hec salumenta illis proficiant tatem et pacem: pro uarumque dileccione optulimus magestati.

quolibet. Oracio.

tens sempiterne deus tre famulo¹ tuo³ et m³ secundum tuam n in uiam salutis e donante tibi placita tota uirtute perficiat.⁵

Secretum.

t quesumus domine acio quam tue supplirimus magestati. ad ımuli⁶ tui⁷ .N. ut tua a eius⁸ uita inter adrospera ubique diriga-

Postcommunio.

es domine perpetue ienta salutis tuam declemenciam ut per ea tuum¹⁰ ab omni adprotegas. Per.

ibulacione amicorum. Oracio.

qui contritorum non cis gemitum et meren-

vritten above line.
it: written above line.
ant: written above line.
rum: written above line.
a: written above line.

s: written above line.

written above line.

: written above line. >s: written above line. written above line. 1158

cium non spernis affectum intercedentibus omnibus sanctis tuis adesto precibus nostris quas pietati tue pro tribulacione famuli¹ tui² .N. offerimus implorantes. ut eum clementer respicias. et solito bonitatis tue intuitu tribuas ut quicquid contra eum³ dyabolice atque humane molliuntur aduersitates ad nichilum redigas. et consilio misericordie tue allidas. Per.

Secretum./ [fo. 324.

Eus qui tribulatos corde sanas. et mestificatos actu letificas. ad hanc propicius hosdignanter attende. qua tiam. tocius mundi uoluisti relaxare delicta. et pro tribulacione famuli4 tui5.N. illam clemenciam assume eius6 que cuncta crimina tribulacionem adime. solue. miserias pelle. angustias et pressuras ammoue. ut exuti omnibus que patimur malis, in tuis semper delectemur exultare iudiciis. Per.

Postcommunio.

Dimitte quesumus domine peccata nostra. et tribue nobis misericordiam tuam oris que nostri alloquio deprecatus famuli⁷ tui⁸. N. humilitatem attende. uincula solue. delicta dele. tribulacionem inspice. aduersitatem repelle. effectumque peticioni nostre largiens iugiter et clementer exaudi. Per.

- famulorum : written above line.
- tuorum : written above line.
- 3 eos: written above line.
- 4 famulorum: written above line.
- b tuorum : written above linc.
- 6 eorum : written above line.
- famulorum: written above line.
- s tuorum : written above line.

Pro serenitate acris postulanda. Oracio.

A D te nos domine clamantes exaudi. et aeris serenitatem nobis tribue supplicantibus ut qui pro peccatis nostris iuste affligimur misericordia tua preueniente clemenciam senciamus. Per.

Secretum.

Xaudi domine preces et suscipe uota populi tui. et iube ymbres inundancium cessare pluuiarum. flagellumque huius elementi. ad effectum tui conuerte misterii. ut qui se regenerantibus aquis gaudent renatos gaudeant hiis castigantibus esse correctos. Per.

Postcommunio.

PReces populi tui quesumus domine benignus exaudi. et per huius uirtutem sacramenti pacem tuam nunciet nobis purgati aeris serena tranquillitas. ut qui delinquentes uerberas. peccata confitentibus parcas. Per.

Ad pluuiam postulandam. Oracio.

DEus in quo uiuimus moue-

Deus in quo unimus modemur et sumus. pluuiam nobis tribue congruentem. ut presentibus subsidiis sufficienter adiuti. sempiterna fiducialius appetamus. Per.

Secretum.

OBlatis quesumus domine placare muneribus. et oportunum nobis tribue pluuie sufficientis auxilium. Per.

Postcommunio.

Tuere nos quesumus domine tua sancta sumentes, et ab

1160

omnibus propiciatus absolue peccatis. terram que arridam aquis fluenti celestis dignanter infunde. Per.

Pro mortalitate hominum. Oracio.

DEus qui non mortem set penitenciam desideras peccatorum, populum quesumus ad te conuerte/ pro- [fo. 324 b picius: ut dum tibi deuotus extiterit iracundie tue ab eo flagella amoueas. Per.

Secretum.

PRotege nos quesumus domine gracia tua tibi sancta sacrificia immolantes. et plagam quam super nos iminere pauemus. per auxilium gracie tue senciamus cessare. Per.

Postcommunio.

SUmptis domine salutis nostre subsidiis tuam misericordiam suppliciter deprecamur ut et ab iminenti nos plaga defendas et ab eterna dampnacione eripias.

Pro infirmis1 officium.

I Ustus es domine et rectum iudicium tuum fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam. Ps. Beati inmaculati in uia:

Oracio.

Mnipotens sempiterne deus confitenti² tibi³ famulo tuo³. N. pro tua pietate peccata relaxa. ut nonplus ei ualeat consciencie reatus ad penam. quam indulgencia tue pietatis ad ueniam. Per.

1 sic: for penitentibus.

² confitentibus: written above line. ² famulis tuis: written above line.

ezechielis prophete.

icit dominus. Conuerii et agite penitenciam us peccatis uestris. Et riemini domus israel? e fili hominis dic ad ıli tui. Iusticia iusti non um in quacumque die .. et impietas impii non in quacumque die conerit ab impietate sua. uoluntas mea est mors¹ : dominus. et nonmaertatur a uia sua et uinolomortem peccatoris. nuertatur et uiuat. Dius: omnipotens.

Gradale.

ltis meis munda me doet ab alienis parce seruo mei non fuerint dominati culatus ero. et emundato maximo. Alleluya. V. contritos corde et alligat s eorum.

cundum Lucam.

empore: Discumbente n domo pharisei: et ier peccatrix et publiccatores uenientes disit cum ihesu, et discipu-: murmurabant pharisei dicentes ad discipulos are cum publicanis et ous manducat magister At ihesus dicens ait. opus ualentibus medimale habentibus. Eunn dicite quid est misn uolo, et non sacrifion enim ueni uocare et peccatores ad peni-

ed and struck out with red line.

Offertorium.

Iserere michi domine secundum magnam misericordiam tuam dele domine iniquitatem meam.

Secretum./ [fo. 325.

R Espice quesumus domine ad preces famuli¹ tui² .N. qui tibi corde et mente peccasse grauiter confitetur, presta ut per oblacionem tui corporis et sanguinis quam tibi pro ipso offerimus, ei ueniam impetrare ualeamus. Per.

Communio.

Ico uobis gaudium est angelis dei super uno peccatore penitenciam agente.

Postcommunio.

Mnipotens et misericors deus qui omnem animam penitentem et confitentem magis uis emendare quam perdere respice propicius super famulum³ tuum⁴ .N. et per hec sancta que sumpsimus auerte ab eo iram indignacionis tue, et omnia peccata sua ei dimitte. Per.

Pro infirmis officium.

Ustus es domine. Ps. Beati in-■ maculati.

Oracio.

Mnipotens sempiterne deus salus eterna credencium exaudi nos pro famulo⁵ tuo⁶ .N.

- 1 famulorum : written above line.
- 2 tuorum : written above line.
- 3 famulos: written above line.
- 4 tuos: written above line.
- b famulis : written above line.
- 6 tuis : written above line.

1164

pro quo¹ misericordie tue imploramus auxilium, ut reddita sibi sanitate, graciarum tibi in ecclesia tua referat² accionem. Per.

Epistola.

Conuertimini et agite peniten-

Gradale.

A B occultis meis. V. Si mei non. Alleluya. V. Qui sanat.

Secundum Lucam.

N illo tempore: Uidit ihesus publicanum nomine leui sedentem ad theloneum: et ait illi. Sequere me. Et relictis omnibus : surgens secutus est eum. Et fecit ei conuiuium magnum leui domo sua: et erat turba multa publicanorum et aliorum qui cum ipsis erant discumbentes. Et murmurabant pharisei et scribe eorum: dicentes ad discipulos suos. Quare cum publicanis et peccatoribus manducatis et bibitis? Et respondens ihesus: dixit ad illos. Non egent qui sani sunt medico: set qui male habent. Non ueni uocare iustos: set peccatores ad penitenciam.

Offertorium.

M Iserere michi.

Secretum.

DEus cuius uiribus uite nostre momenta decurrunt. suscipe preces et hostias famuli³ tui⁴.N. pro quo⁵ misericordiam tuam egrotante imploramus. ut de

1 quibus : written above line.

2 referant : written above line.
3 famulorum : written above line.

tuorum : written above line.
quibus : written above line.

cuius¹ periculo metuimus, de eius² salute letemur. Per,

Communio.

DIco uobis.

Postcommunio.

DEus infirmitatis humane singulare presidium auxilii tui super infirmum³nostrum⁴ostende uirtutem. ut opere misericordie tue adiutus.⁵ integre sanitati restitui mereatur.⁶ Per.

Pro fidelibus defunctis. Officium./ [fo. 325. b.

Requiem eternam dona eis domine et lux perpetua luceat eis. Ps. Te decet ympnus.

Sequens collecta pro fratre defuncto presente in qualibet missa pro eodem celebranda dicetur antequam sepelliatur. Decurso tamen ab hora qua sepelliendus obierit die naturali uerba que cum rubrica ibidem et insecreta scribuntur, ex more sunt omittenda.

Oracio.

DEus cui proprium est misereri semper et parcere te supplices deprecamur pro anima famuli tui quam hodierna die de hoc seculo migrare iussisti, ut non tradas eam in manus inimici nec obliuiscaris in finem set iube eam a sanctis angelis susci⁷ et ad patriam paradisi perduci, et quia in te sperauit et credidit non

quorum : written above line.

eorum : written above line.
 infirmos : written above line.
 nostros : written above line.

⁶ mereantur: written above line.

i sic: for suscipi.

1166

is eternas sustineat, set gaueterna possideat. Per.

Leccio libri machabeorum.

diebus illis. Uir fortissimus idas collacione facta duodemilia dragmas argenti misit osolimam offerre ea ibi pro atis mortuorum iuste et rese de resurreccione cogitans. enim eos qui ceciderant reecturos speraret. superfluum retur et uanum orare pro tuis. Set quia considerabat I hii qui cum pietate dormiem acceperant. optimam hant repositam graciam. Sancta et salubris est cogitatio pro nctis exorare: ut a peccatis antur.

io libri apocalipsis beati Iohannis apostoli.

diebus illis. Audiui uocem e celo: dicentem michi. be. Beati mortui: qui in domoriuntur. Amodo iam spiritus ut requiescant a labus suis. Opera enim illorum: ntur illos.

Ad tessalonicenses.

Ratres. Nolumus uos ignorare de dormientibus: ut contristemini sicut et ceteri spem non habent. Si enim imus quod ihesus mortuus t resurrexit: ita et deus eos dormierunt per ihesum adt cum eo. Hoc enim uobis nus in uerbo domini. quia qui uiuimus qui residui suin aduentu domini non preemus eos qui dormierunt.

et in uoce archangeli et in tuba dei descendet de celo: et mortui qui in christo sunt resurgent primi./ Deinde nos qui uiui-[fo.326. mus qui relinquimur simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam christo in aera. et sic semper cum domino erimus. Itaque consolamini inuicem: in uerbis istis.

In tempore paschali, pro defunctis. Ad corinthios.

FRatres: Christus resurgens ex mortuis: primicie dormiencium. Quoniam quidem per hominem mors et per hominem resurreccio mortuorum. Et sicut in adam omnes moriunti¹ ita et in christo omnes uiuificabuntur. Unusquisque autem: in suo ordine. Per ihesum christum: dominum nostrum.

Gradale.

Requiem eternam dona eis domine, et lux perpetua luceat eas. V. Absolue domine animas eorum ab omni uinculo delictorum.

Tractus.

DE profundis clamaui ad te domine domine exaudi uocem meam. V. Fiant aures tue intendentes in oracionem serui tui. V. Si iniquitates obseruaueris domine domine quis sustinebit. V. Quia apud te propiciacio est. et propter legem tuam sustinui te domine.

In deposicione alicuius regis. Tractus. Commouisti. Require in dominica quinquagesime.¹

Sequencia.

DE profundis christe mens hu mana clamat ad alta. De tenebris splendida rogans. Exaudi iam preces et carmina. Que uox promit

tristis et anxia. Heu michi quanta commisi scelera grauia. Tanta peregi misella nimis illicita. Eya nunc ad te clemens reuoca. Sic pie sit cunctis salus uita. Unde tibi gracias referat cuncta plebs per secula amen fiat fiat.

Pro defuncto presenti. Euuangelium. Secundum Iohannem,

I N illo tempore: Dixit martha ad ihesum. Domine si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus. Set et nunc scio: quia quecumque poposceris a deo dabit tibi deus. Dicit illi ihesus. Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio quia resurget in resurreccione in nouissimo die. Dicit ei ihesus. Ego sum resurreccio et uita. Qui credit in me eciam si mortuus fuerit uiuet. Et omnis qui uiuit et credit in me: non morietur ineternum. Credis hoc? Ait illi. Utique domine. Ego credidi quia tu es christus filius dei: qui in hunc mundum uenisti.

Pro aliis defunctis sumatur euuangelium quodcumque missam celebraturus uoluerit de subscriptis.

Secundum Iohannem.

I N illo tempore: Dixit ihesus turbis iudeorum. Sicut pater suscitat mortuos et uiuificat: sic et filius quos uult uiuificat./ Neque enim pater [fo. 326. b. iudicat quemquam: set omne iudicium dedit filio. ut omnes honorificent filium. sicut honorificant patrem. Qui non honorificat patrem qui misit illum. Amen

amen dico uobis: quia q bum meum audit et credi misit me: habet uitam e Et in iudicium non uer transiet a morte in uitam

Secundum Iohannen

I N illo tempore : Dixit discipulis suis. Omn dat michi pater ad me et eum qui uenit ad 1 eiciam foras. Quia desci celo non ut faciam uolu meam: set uoluntatem e misit me. Hec est enim tas patris meii1 qui misit omne quod dedit mic perdam ex eo. set res illud in nouissimo die. enim uoluntas patris r misit me: ut omnis q filium et credit in eum: uitam eternam. Et eg citabo eum: in nouissim

Secundum Iohann

I N illo tempore: Dixi discipulis suis et turb rum. Ego sum panis ui de celo descendi. Siqu ducauerit ex hoc pane ineternum. Et panis q dabo caro mea est. pr Litigabant ergo adinuicem dicentes. potest hic nobis dare suam ad manducandum ergo eis ihesus. dico uobis: nisi mandı carnem filii hominis et eius sanguinem: non uitam in uobis. Qui n meam carnem et bibi sanguinem: habet uit nam. Et ego resuscital in nouissimo die.

Iohannem.

illo tempore: Dixit ihesus iscipulis suis et turbis iudeo-Amen amen dico uobis: qui uerbum meum audit et it ei qui misit me : habet m eternam. Et in iudicium uenit: set transeat a morte in m. Amen amen dico uobis: uenit hora et nunc est ndo mortui audient uocem dei. et qui audierunt uiuent. it enim pater habet uitam in etipso: sic dedit et filio hauitam in semetipso. Et poatem dedit ei judicium facere : filius hominis est. Nolite ri hoc quia omnes qui in numentis/ sunt au- [fo. 327. it uocem filii dei. Et procet qui bona fecerunt. in resurionem uite. Qui uero mala unt in resurreccionem iudicii.

Offertorium.

Omine ihesu christe rex glorie libera animas omnium fidelium nctorum de manu inferni et de indo lacu libera eas de ore is ne absorbeat eas tartarus ne nt in obscura tenebrarum loca. signifer sanctus michael reprete eas in lucem sanctam quam abrahe promisisti et semini

aciendo oblacionem sacerdos r corporalia cum calice et na dicat.

Ostias et preces tibi domine offerimus.*

t genuflectendo osculetur alministro ipsius cum ipso proente. Tu suscipe pro anius illis quarum hodie memoagimus fac eas domine de "Musical notes above these words. 1170

morte transire ad uitam. quam olim abrahe promisisti et semini eius. y. Requiem eternam dona eis domine et lux perpetua luceat eis. Quam olim.

Secretum.

SUscipe quesumus misericors pater oblacionem quam tibi offerimus pro anima famuli tui quam hodie de carnali corrupcione liberasti. et concede ut ab omnibus condicionis humane excessibus hiis remediis expietur. et in requie sempiterna diem resurreccionis prestoletur. Per.

Communio.

Lux eterna luceat eis domine. Cum sanctis tuis ineternum quia pius es. V. Requiem eternam dona eis domine et lux perpetua luceat eis. Cum sanctis.

Postcommunio.

PResta quesumus domine ut anima famuli tui .N. quam de hoc seculo migrare iussisti. hiis sacrificiis expiata. indulgenciam pariter et requiem capiat sempiternam. Per.

Pro episcopo defuncto. Oracio.

Deus qui inter apostolicos sacerdotes famulum tuum. N. pontificali fecisti dignitate censeri: presta quesumus: ut quorum uicem gerebat ad horam in terris. eorum perpetuo consorcio letetur in celis. Per.

Secretum.

Suscipe domine pro anima famuli tui sacerdotis .N. quas offerimus hostias. ut cui pontificale donasti ministerium. dones et meritum. Per.

Postcommunio.

PRopiciare domine supplicacionibus nostris. et per hec sacrosancta misteria animam famuli tui .N. pontificis in regione uiuorum eternis gaudiis iubeas sociari. Per dominum.

Pro abbate oracio.

PResta quesumus domine/ ut anima famuli tui [fo. 327. b. .N. sacerdotis atque abbatis quem in hoc seculo commorantem sacris muneribus decorasti. in celesti sede gloriosa semper exultet. Per.

Secretum.

M Unera quesumus dominetibi dicanda sanctifica. et per ea animam famuli tui .N. sacerdotis atque abbatis ab omni labe humane condicionis humane¹ absolue quibus tocius mundi deluisti peccata. Per.

Postcommunio.

Oncede quesumus omnipotens deus ut anima famuli tui .N. sacerdotis atque abbatis per hec sancta misteria in conspectu tuo semper clara consistat. Per.

Pro patre et matre. Oracio.

DEus qui nos patrem et matrem honorare precepisti miserere clementer animabus patris et matris mee. eorumque peccata dimitte meque cos in eterne claritatis gaudio fac uidere. Per.

Secretum.

Suscipe sacrificium domine quod tibi pro animabus patris

1 struck out by black line.

1172

et matris mee offertur. gaudium sempiternum gione uiuorum concede cum eis felicitati sanctoru iunge. Per.

Postcommunio.

Elestis participacio e sacramenti animabus et matris mee requiem et optineat perpetuam: meq illis gracia tua coronet Per.

Pro fratribus defunctis congregacionis officiu Oracio.

DEus uenie largitor et ne salutis auctor qu clemenciam tuam ut no congregacionum fratres et qui ex hoc seculo trabeata maria semper uin tercedente cum omnibus tuis ad perpetue bear consorcium peruenire co Per.

Secretum.

Deus cuius misericorest numerus suscipe preces humilitatis nostre mabus fratrum et soror trarum congregacionum tui nominis dedisti confe per hec sacramenta salut cunctorum remissionem peccatorum. Per.

Postcommunio.

PResta quesumus om et misericors deus: u fratrum et sororum no congregacionum pro qui sacrificium laudis tue or magestati, per huius u

menti a peccatis omnibus ate lucis perpetue te miserrecipiant beatitudinem. [fo. 328.

fratribus defunctis. Oracio. Inipotens sempiterne deus cui numquam sine spericordie supplicatur. prore animabus famulorum tul. N. ut qui de hac uita in ominis confessione decessesanctorum tuorum numero aggregari. Per.

Secretum.

opiciare quesumus domine nimabus famulorum tuorum uibus tibi hostias placacionis mus. et quia in hac luce in manserunt catholica. in a uita eis retribucio condon-Per.

Postcommunio.

esta quesumus omnipotens eus ut anime famulorum m ab angelis lucis suscepin preparata deduci facias rum. Per.

o benefactoribus defunctis. Oracio.

Iserere quesumus domine animabus omnium benerum nostrorum defunct-: et de beneficiis que nobis i sunt in terris. premia a consequantur in celis. Per.

Secretum.

scipe domine hec munera o animabus omnium nosn benefactorum requies1174

cencium. et pro beneficiis eorum. quibus sustentamur de eis retribucionem in regno celorum. Per.

Postcommunio.

SUmpta sacramenta domine nos absoluant uinculis peccatorum: et animabus nostrorum benefactorum defunctorum consorcia optineant spirituum beatorum. Per.

Pro amico defuncto. Oracio.

A Diuua nos domine deus noster et betissime¹ dei genitricis semperque uirginis marie precibus exoratus. Animam famuli tui.N. in beatitudine sempiterne lucis constitue. Per eundem.

Secretum.

SUscipe quesumus domine hostias placacionis et laudis quas in honore beate dei genitricis semperque uirginis marie nomini tuo consecrandas deferimus et pro requie famuli tvi .N. tibi suppliciter immolamus. Per.

Postcommunio.

A Scendant ad te domine preces nostre: et animam famuli tu¹ N. gaudia eterna suscipiant. et quem fecisti adopcionis tue participem intercedente beata dei genitrice maria iubeas hereditatis tue esse consortem. Per.

In anniuersariis defunctorum. Oracio.

DEus indulgenciarum domine da anime famuli/[fo. 328. b. tui .N. cuius anniuersarium deposicionis diem commemoramus

1 sic.

refrigerii sedem. quietis beatitudinem luminis claritatem. Per.

Secretum.

Suscipe domine clementissime pater pro commemoracione anime famuli tui cuius anniuersarium deposicionis diem celebramus hostiam placacionis et laudis. ut sacrificii presentis oblacio. ad refrigerium anime eius et gaudium te miserante perueniat. Per.

Postcommunio,

H lis sacrificiis quesumus omnipotens deus purgataanima famuli tui .N. cuius anniuersarium deposicionis diem celebramus ad indulgenciam et refrigerium sempiternum peruenire mereatur. Per.

Pro quolibet defuncto. Oracio.

I Nclina domine aurem tuam ad preces nostras: quibus misericordiam tuam supplices deprecamur. ut animam famuli tui .N. quam de hoc seculo migrare iussisti. in pacis ac lucis regione constituas. et sanctorum tuorum iubeas esse consortem. Per.

Secretum.

A Nimam famuli tui .N. ab omnibus uiciis et peccatis humane condicionis quesumus domine hec absoluat oblacio: que tocius mundi tulit immolata peccatum. Per.

Postcommunio.

A Nnue nobis domine ut anima famuli tui .N. remissionem quam optauit mereatur percipere peccatorum. Per.

1176

Pro defunctis sororibus. Or Quesumus domine pro pietate miserere anim mule tue. et a contagiis m litatis exutam. in eterne s cionis partem restitue. Per

Secretum.

H lis sacrificiis quesumus mine anima famule t peccatis omnibus exuatur. quibus a culpa nemo liber es ut per hec pie placacionis o perpetuam misericordiam o quatur. Per.

Postcommunio.

I Nueniat quesumus domin ima famule tue lucis e consorcium. cuius perpetue ricordie consecuta est sacra tum. Per.

Pro quiescentibus in cimi. Oracio.

DEus cuius miseracione a fidelium requiescunt fa et famulis¹ et famulabus tui omnibus hic et ubique in cl quiescentibus. da propiciu niam peccatorum. ut a cu reatibus absoluti. tecum sin letentur. Per.

Secretum.

PRo animabus famulorum ularumque tuarum N et ubique omnium catholic dormicncium hostiam doi suscipe benignus obla-[fo tam ut hoc singulari sac uinculis horrende mortis uitam mereantur eternam.

1 sic, twice.

Postcommunio.

fidelium lumen animaadesto supplicacionibus et da famulis et famula-.N. quorum corpora hic e in christo requiescunt i sedem. quietis beatitudminis claritatem. Per.

nibus fidelibus defunctis. Oracio.

ium deus omnium conr et redemptor animabus um famularum que tuaemissionem cunctorum eccatorum: ut indulgenam optauerunt piis supnibus consequantur. Per.

Secretum.

tias quesumus domine as tibi pro animabus um famularum que tuaferimus propiciatus inut quibus fidei christiane n contulisti dones et pre-Per.

Postcommunio.

imabus¹ quesumus domine nulorum famularum que oracio proficiat supplin ut eas et a peccatis omxuas. et tue redempcionis esse participes. Per.

vis et defunctis, generalis oracio.

nte tua quesumus done nostrorum solue uincula n delictorum. ²et intercepeata² et gloriosa semper rgine dei genitrice maria nnibus sanctis tuis [dompapam]³ reges et principes

ated and struck through.

1178

